QVADRV-PLEX CONCOR-

diæ ratio & Conſyderatio, ſuper Con feßione Auguſtana Proteſtantium quorundam ſacri Romani Imperij Principum ac ſtatuum, Cæſ. Maieſtati Auguſtæ exhibita.

I. Breuis ad ſingula puncta Confeßionis Reſpon ſio Auguſtæ priuatim ſcripta. Anno 30.

II. Compendioſa Explicatio Actorum Auguſtæ in Septenorum tractatu, Hagenoiæ Sereniſſ. Regi Rom. &c. tradita. Anno 40.

III. Septem uiæ præparatoriæ ad ineundam per Col loquium concordiam, Vuormaciæ ad Præſiden tes Colloquij ſcriptæ. Anno 40.

IIII. Diſcußio omnium Confeßionis & Apologiæ Auguſtanæ articulorum, quidnam in eis poßit, & quid non poßit à Catholicis approbari ac re cipi, Ratiſponæ elucubrata. Anno 41.

M. D. XLIIII.

CLARISSI-MO VIRO, MAgnifico Domino, Doctori Ioanni Rinco, Patricio Coloniensi. S. P. D.

PROBE nouisti, Vir Clarissime, qualis conuersatione, quantusque eruditiōe apud uos Colonienses fuerit, dum uixit in corpore mortali, Arnoldus Vuesaliensis, quē certatim amabant & ornabant omnes Ciuitatis uestræ Ordines. Et quanto erat ipse humilior in oculis suis, tanto charior erat omnibus, Amplissimus quippe Senatus eum nec ambientem nec petentem honorifico sacerdótio donauit, & ornauit sponte propria, utpote Canonicatu in Collegiata Ecclesia S. Seuerini. Quamuis uero esset plærisque inter Academiæ uestræ Proceres tum ætate minor, tum ordine posterior, absque tamen ullius inuidia, prælatus à senatu fuit uniuersis. Sciebant enim omnes quam dulcis, honesta, et uirginea esset illius conuersatio, summa absque omni fastu & animi elatione reconditarum artium eruditione linguarumque

Arnoldus Vuesaliensis.

peritia refulgens. Ne uero Senatui in eo ornando cedere uideretur Reuerendiss. & Illustriss. Dominus HERMANNVS Archiepiscopus uester, sacri Romani Imperij Princeps Elector & per Italiam ArchiCancellarius &c. promouit eum paulo post ad longe honorificentius in Metropolitana Ecclesia sua sacerdotium, ut esset unus è septem Canonicis sacerdotibus, qui Reuerendis dignitate & Illustribus genere ac nobilitate in ea Ecclesia Prælatis & Canonicis sunt adiūcti. Idq; fecit ultro, & quidem sanctissima omnium, quas unquam contulit, uocatiōe, solius uirtutis amore, ab illo minime rogatus aut monitus. Attamen commendatione ac intercessione mea & senatum & Archiepiscopum pręuenit benefica collatione Reuerendiss. Dominus, Cardinalis Campegius Fœl. Recor. Vir Opt. & Doctiss. quando erat per Germaniam Sedis Apostolicæ de latere Legatus, qui authoritate Apostolica contulit illi Arnoldo nostro, nihil de ea re scienti, ne cogitanti quidem, Canonicatum & Pręœbendam Confluentiæ in Ecclesia S. Florini, Anno Domini M. D. XXIIII. ante tumultum & cladem Rusticorum. Ne uero ea occasione doctissimus Arnoldus auocaretur ab Academia uestra, substitui alium quendam doctum & honestum uirum, Magistrum Ioannē Sailerum, qui

Cardin. Campegius.

autoritate

autoritate Legati supradicti acceptauit id sacer dotij. De quo annuam pensionem in studiorũ subsidiũ dabat Arnoldo, qui sane tam gratũ id beneficij esse sibi dicebat mihi postea Augustæ, ut mallet carere sacerdotio S. Seuerini quã ea pensione. Hæc non ob aliud refero, quam ut lector inde intelligat, non uulgarem mihi cum hoc uiro amicitiam fuisse. Quum igitur Augustam cõuenissemus ambo, ille in Archiepiscopi uestri, ego in Illustriss. Ducis Saxoniæ GEORGII per omnia Catholici & nunquam satis laudati Principis, comitatu, ac frequentissima inter nos esset familiaritas & confabulatio, accidit, ut posteaquam Cæsareæ Maiestati exhibita fuisset Protestantiũ Principum & Duarum Ciuitatum Confessio quædam ipsorum fidei, ad quam á Theologis aliquot iussu Cæsaris composita erat responsio. De qua inter Principes & status Imperij Catholicos uaria et prolixa fuit deliberatio, non sane de materia aut argumento responsionis (in quo haud dubie conueniebant uno consensu omnes) sed de modo publicandi & recitandi eam, quæ Confutationis nomen in titulo præ se ferebat, num Cæsaris, an uero Principum potius & aliorũ Imperij Catholicorum statuum, Ipsorumue Theologorum nomine recitari deberet. Placuitq; tandem eam Impersonaliter sub nullius

 proprie

proprie persona legi. Cum autem Protestantium Concionatores interea gloriarentur, nobisq; insultarent, tanquam ad eorum Confessionem respondere non possimus. Nos duo, Arnoldus & ego confidentes priuatim nostra sponte, nullius iussione publica, ad singula Confessionis puncta breuiter sententiam nostram explicantes respondimus. Quoniam uero discedentibus patronis nostris citius, quam putabamus futurum, abinuicem discessimus, hinc factum est, quod neq; Confutatio publico nomine scripta ac recitata (de qua sane ędenda iã tum cum Typographo conueneram,) neque priuata hæc responsio Augustæ tum ædita fuerit, Confutationis exemplar interea perdidi, Responsionem uero nostrã inter alias chartas nuper inueni, in eisdem sane autographis, partim mea, partim illius manu scriptis, In quibus primum à nobis concepta fuit, Quã nunc una cum alijs quibusdam tractatulis meis, ad eam rem spectantibus, emitto in lucem, ac nomini tuo, Vir Clarissime, potissimum nuncupo, ut sit memoriale signum ac monumentum qualecũq; & doctissimi illius Arnoldi, in Christo defuncti iam pridem atq; æterna memoria digni & antiquæ inter nos amicitiæ, quam Bononiæ olim in studio literarum ante annos fere xxx, contraximus, & mutuis interim, scri-

pris

ptis & officijs fouimus, & in mortem usque perpetuo, Deo dante, fouebimus. Quod ut aequi boniq; facias, te amanter ac reuerenter precor & oro. Quemadmodum & confido, mihiq; de tua benignitate erga me & gemina facilitate mansuetudineq; erga quoslibet persuadeo, Bene uale Magnifice Domine Doctor simul cum uxore filijsq; & filiabus cunctis, in Nestoreos usq; annos foelicissime. Ex Ciuitate Eystetensi XII, Calendas Decembris, Anno Domini M. D. XLIII.

Mag. tuae

Deditißimus

Ioannes Cochlaeus Canonicus Vratislauiensis &c.

BREVIS
AD SINGVLA
puncta Confeßionis Proteſtantium Principum Reſponſio, Auguſtæ priuatim ſcripta per Arnoldum Vueſalienſem & Ioannem Cochlæum communi ſtudio.

PROLOGVS.

1. 

VOD petunt à cæteris quoq; Principibus ſuã cuiuſq; confeſſionem exhiberi, non uidetur neceſſarium, quia omnes manent in antiqua patrum confeſſione, à qua ne latum quidem unguem diſcedere intendunt, Vna eſt igitur omnium breuis confeſſio, Credere ſanctam Eccleſiam Catholicam &c.

2. Quod Concilium hactenus congregatum non eſt, per bella & alia impedimenta factũ eſt.

Omnes

Omnes tamen simul desiderant, ut quā primū legitimum indicatur Concilium.
3. Quod autem ad futurum Conciliū appellarunt et adhuc appellant Principes isti nō uidetur oportunum, quia interim penderet discordia fidei & doctrinæ in populis, & huiusmodi appellatio publice à Ro. Pontificibus prohibita est, ad quos causæ fidei in primis referendę sunt. Deut. 17.

Articuli fidei præcipui.

PRimus articulus Orthodoxæ fidei consentaneus est in omnibus.
2. Secundus articulus non perfecte exprimit rationem peccati Originalis. Infantulis enim (qui utiq; in originali nascuntur pęccato) nō imputatur in peccatum, esse sine metu dei & sine fiducia erga Deum, Quū usum rationis non habeant. Verius igitur peccatum Originale est priuatio Originalis iustitiæ quę inesse deberet homini, Vnde omnes filij iræ nascimur Ephe. 2. Et in Adam omnes peccauimus Ro. 5. &. 1. Cor. 15. *Peccatū Orig.*
3. Tertius, nihil reprehensione dignū habet.
4. Quartus, multa habet, quæ sane quidem intellecta pia sūt, peruerse uero accepta, impia. Verū enim est, hominem proprijs uiribus, me *Iustificatio.*

ritis & operibus,seclusa gratia,non iustificari. Asseuerare tamen,sola fide hominem iustificari,& negare bona opera aut merita iustorum, utrumq; profecto erroneũ est.Id quod ex scripturis abunde probari potest, si opus uisum fuerit.Et infra de hac latius dicetur.Quod autẽ Paulum allegant ad Ro.ad eos pertinere uel ipsi intelligunt,qui ex operibus legis Mosaicæ se iustificandos esse putabant. Quemadmodũ & ad Galatas disputat.

5. Quintus itidem pius est, in cortice saltem uerborum. Videtur tamen subobscure merita nostra excludere, omnia tribuens fidei. Quod autẽ Paulũ citat ad Gala.5. aduersus eos facit, qui iustificationem operibus legis tribuebant, & non potius fidei in Christum per dilectiouẽ operanti.

Moritum 6. Sextus.si de fide per charitatem operante loquatur,cuius et Paulus Gal.5.meminit,recte sentit,q bonos fructꝰ parit. Sed hi fructꝰ meriti sane rationẽ habẽt, dũ illis debetur prẹmiũ, nõ ex se quidẽ, sed ex misericordia dei promittentis. Ille enim coronam uitæ repromisit diligentibus se,sic plenus fiducia bonorum operum & meritorum Apostolus dixit. Bonum

2.Tim.4 certamen certaui &c. Ambrosius autem, quẽ adducũt, de sola fide loquitur,sicut Apostolus ipse,de operibus legis Mosaicę,quę ad iustificationem

tionem nihil faciebant post mortem & resurrectionem Christi.

7. Septimus, si sic loquatur de Ecclesia sanctorum, ut excludantur ab ea peccatores fideles, errorem Hussitarum renouat, qui ab Ecclesia militante peccatores segregabant. Cum Christus dicat Matth. 13. per multas parabolas, bonos cum malis in Ecclesia fore usque ad finem mundi & tempus messis &c, De traditionibus autem & Ceremonijs sub distinctione loquendum est, sicut loquitur S. Aug. Epistola. 118. ad Ianuarium. Nam quę uniuersaliter receptæ sunt, ab omnibus seruandę sunt, licet particulares pro diuersis prouincijs et nationibus diuersę esse possint. Ecclesia. Traditiones.

8. Octauus rectę fidei conformis est per oĩa.

9. Nonus quoque per omnia Catholicus est.

10. Decimus itidem pius est, nisi latenter cõmunionem sub utraque specie laicis necessariam asseuerare uelit.

11. Vndecimus quoque admittitur, modo per delictorũ non necessariam enunciationẽ ea intelligat peccata, quę uel scire aut meminisse nõ possumus, uel quę nõ sponte tacemus aut data opera non dicimus.

12. Duodecimus articulus in principio recte sentit de recipiẽdis pœnitẽtibus. Cęterũ enumerans duas solum partes pœnitentiæ, labitur, Pœnitentia.

& quidem

& quidem dupliciter. primo, quod fidem partem pœnitentiæ assignat, cum fides, per quã acceditur ad deum, ipsam pœnitentiam præcedat, Deinde quod satisfactionem excludit, neq; confessionis meminit, quarum utraq; ad pœnitentiæ integritatem pertinet, ut omnes, etiam antiquissimi doctores Ecclesiæ docuerunt, & scriptura in multis innuit locis, præsertim. 2. Reg. 12 de Dauid. & 2. Paral. 33. de Manasse, et psal. 31. 37. 50. 101. &c.

13. Decimus tercius admittitur, tametsi raro quodam loquendi modo non nihil ueneni obtegere uideatur, Non enim in omnibus elucet uoluntas Dei qui sacramentis utuntur. Quandoquidem aliqui ad iudiciũ accipiũt. 1. Cor. 11.

14. Decimus quartus, pius est, Nisi forte per uocationem, non sacros ordines, sed simplicẽ electionem à Principe, Magistratu aut à plebe factam, accipiendam esse uelit.

Errores de traditionibus.

15. Decimus quintus. In principio bonus est. Mox autem errori fit obnoxius, quando subiungit, transgressione rituum Ecclesiasticorũ, utpote festorum, ciborum, uotorum et similiũ, non onerari conscientias. Tales enim transgressiones uere peccata sunt, quia tales transgressores Ecclesiam non audiunt. Matth. 18. At quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scœlus Idololatriæ nolle acquiescere. 1. Reg. 15. Dein

de adhuc

de adhuc foedius errat, quando ait, huiuſmodi traditiones Eccleſiaſticas aduerſari Euangelio & doctrinæ fidei. Euangelium enim ijs parere potius iubet. Luc. 10. Qui uos audit, me audit. Et Matth. 23. Quęcunque dixerint uobis facite. Et Matth. 6. & 9. Ieiunandum quoque docet ipſemet Chriſtus, Sed et uota omnino uult ſeruari Apoſtolus. 1. Timo. 5. Qui etiam damnationem minatur ijs qui primam fidem irritam fecerunt.

16. Decimus ſextus, bonus eſt, ſi ſane intelligatur. Cauillari tamen uidetur in eos, qui iuxta conſilium Chriſti Mundũ & omnia qui mũdi ſunt relinquunt, ſeque ipſos abnegantes, in Monaſteria defugiunt, ut Euangelicæ perfectioni feruentius & expeditius inſiſtant. Matt. 19. Luc. 9. & 14. &c. *Cauillus in Monaſticos.*

17. Decimus ſeptimus per omnia pius eſt & Catholicus.

18. Decimus Octaus itidem Catholicus eſt.

19. Decimus nonus & ipſe Catholicus eſt.

20. Viceſimus, ut prolixus eſt, ita quoque in multis reprehenſibilis. Primo, quod ait, ſuos falſo accuſari quod bona opera prohibeant. Tantum enim abeſt, eos falſo accuſari, ut etiam peccata eſſe dixerint opera bona, etiam optime facta, & quidem mortalia, ſecundum dei iuſtitiã. Deum præterea opera noſtra nõ curare, & ea *Luth. in aſſertione art. 32. et in Capti. Baby.*

coram

2. corã Deo nihil esse aut omnia esse ęqualiter. Deinde ꝙ ait. Concionatores olim tantũ docuisse puerilia, ut certas ferias, certa ieiunia, fraternitates, peregrinationes, rosaria, cultus sanctorum, monachatum & similia. Hoc sane non modo falsum est, sed & impium, falsum enim esse testãtur olim conscripti sermones, uirtutũ & pręceptorum diuinorũ exhortamentis uitiorumq; detestationibus pleni. Impium uero, quod ferias, ieiunia &c. puerilia & non necessaria opera uocat.

Opera falso puerilia dicta.

3. Tertio, ꝙ ait, hæc inutilia opera ab aduersarijs non prędicari nunc ut olim, sed dedisci. Quod falsum esse, conuincit adhuc publice obseruatus ubiq; à Catholicis mos, ubi enim nõ feriatur? ubi nõ ieiunatur? ubi obsolescit apud Catholicos cultus sanctorum? ubi monachatus &c?

4. Quarto. ꝙ ait, mentionem etiam fidei nunc fieri, Quasi uero antea mirum (ut ait) de fide silentium fuerit. Quod sane falsissimum esse, tot tum Ecclesiasticorum tum scholasticorum Doctorum & insignium Concionatorũ monumẽta preclara latissime fidem fideiq; uirtutem & effectus declarantia, palam ostendunt.

Prædicata semper fides fuit.

5. Quinto, quod ait, doceri nunc, non tantum operibus iustificari. Constat uero, neminem ex Catholicis unq; ita opera extulisse, ut gratiam fidem, spem & charitatem excluderet.

6. Sexto. quod ait, opera nostra non posse recõciliare

ciliare deum, aut mereri remiſſionem peccato
rum & gratiam, ſed hanc tantum fide nos con
ſequi. Quid autem hoc aliud eſt, q̃ penitus
ablegare bona opera & ſolam fidem prędica-
re? Cum lex & prophetæ, Quin & Chriſtus
ipſe atq; Apoſtoli tantopere nos ad bona ope-
ra agendamq; pœnitētiam, pro remiſſione pec
catorū habenda ac gratia acquirenda, inuitent
& hortentur. Septimo, qꝺ ait, totā hanc cauſam 7.
habere teſtimonia patrū, falſum eſt. Nullus. n.
patrū dicit, nos ſola fide iuſtificari, opera uero
non reconciliare Deum ſicut articulus habet.
Octauo. qꝺ ait, Auguſtinum multis uolumini- 8.
bus defendere gratiam & iuſtitiam fidei contra
merita operum. Hoc falſum eſſe, uel unum ei-
us uolumen de fide & operibus conuincit.
Nec Ambroſius uſq; ſolam fidem prædicat.
Nono. quod ait, Vileſcere redemptionem ſan 9.
guinis Chriſti, &c. Hic male confundit opera *Merita o*
quę precedunt & quę ſequuntur gratiam, prę- *perum.*
cedentibus enim operibꝰ gratiā dei non mere-
mur, ſequentibus uero per gratiā ipſam mere-
mur p̄mia à Deo miſericorditer bonis operibꝰ
ꝓmiſſa, Reddit. n. unicuiq; iuxta opa ſua. Ro.
2. & unicuiq; mercedem iuxta laborem ſuum
1. Cor. 3. Decimo. quod ait. Conſcientias 10.
per nulla opera, ſed tantum fide tranquillas red
di. Quid uero eſt hoc aliud quam conſcientias
in om-

Dogma de sola fide.

in omnium peccatorum abissum pertrahere? Quandoquidem si persuasum habeant, solam fidem sufficere, in quęuis etiam flagicia sese demergent. Reuera autem uidemus & experimur confessione & absolutione turbatas conscientias sedari et tranquillas fieri potius quàm fide, quam & in peccatis existentes habent.
11. Vndecimo, quod ait, totam hanc doctrinam ad certamen perterrefactæ conscientiæ referendam esse, Miro hic uerborum inuolucro et inusitato loquendi modo ueritatem obscurat, et auditori tenebras offundit. Nam ea doctrina, quę de fide & operibus est, si referatur ad natiuitatem quę ex aqua & spiritu est, locum habet. Ibi enim opera non iustificant, sed fides & gratia sacramentalis. Si uero referatur ad statum hominis post baptismum in peccata delapsi, nō habet locū, Hic. n. nō sufficit sola fides, sed & pœnitentiæ opera requiruntur, De quibus Ioannes ait Matth. 3. & Luc. 3. facite fructus dignos pœnitentię, Nō igitur sola fide conscientia, peccatis perterrefacta, fit tranquilla, sed etiam operibus & sacramentorum usu, per quæ à peccatis alleuatur.
12. Duodecimo, quod ait, olim conscientias doctrina operū uexatas, quosdam in desertū expulisse, alios in Monesteria detrusisse &c. Pia certe & salutaris fuit eiusmodi uexatio, dum pij homines fide & charitate iam iustificati, ad satisfaciendum

Satisfactio pars pœnitentiæ.

ciendũ Deo pro prioris uitę delictis, opera pœnitentię ſponte aſſumpſerint, Quæ ſane opera, non ad iuſtificationem, quã iam habebant, ſed ad ſatiſfactionẽ pro peccatis & augmẽtum meriti referebantur. Decimo tertio, quod ait, hãc doctrinã ideo neceſſariam eſſe, ne deſit conſolatio pauidis conſcientijs, ſed ſciant, fide in Chriſtum apprehendi gratiã et remiſſionem peccatorũ, ruſ9 ſibi familiarẽ de ſola fide in Chriſtũ, reiectis operibus, prętextũ ingerit. Non autem ſola fide, ſed et bonorũ operũ & ſacramentorũ uſu cõſolationẽ cõſciẽtia recipit ut dictũ eſt. Decimo q̃rto, ꝙ ait. Diabolũ & impios nõ poſſe credere effectũ hiſtorię, id eſt, remiſſionẽ peccatorũ. Affectata nouitas eſt. Quanꝗ. n. Diabolus obſtinatus in malo perduret, Impius tamẽ, dũ uixerit, reſipiſcere & remiſſionẽ peccatorũ credere po teſt. Ezech. 18. Decimo quinto, ꝙ ait Auguſtinũ ſic docere, ꝙ nomẽ fidei in ſcripturis accipiẽdũ ſit nõ ꝓ noticia ſed ꝓ fiducia. Nõ profert, neꝗ fortaſſis proferre unꝗ poterit talem ex Aug. locum. Fiducia .n. magis ad ſpem ꝗ ad fidem pertinet. Decimo ſexto, ꝙ ait, bona opera eſſe neceſſaria, non propter promerendã gratiam, ſed propter uolũtatẽ dei, Quid hoc eſt aliud in populo ꝗ ignauiã alere, ut interim bona opera negligantur, tanꝗ nullam à Deo mercedẽ habitura. at in cõtrariũ ait ſcriptura. Mat. 5

Margin: 13. 14. 15. *Fiducia.* 16. *Merces bonorum operum.*

Merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Et. 1. Cor. 3. Vnuſquiſq; mercedem accipiet ſecūdum laborem ſuum. Et pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

Inuocatio ſanctorū. 21. Viceſimus primus Articulꝰ pium habet initium, ſed in progreſſu mox offendit, dum negat, ex ſcripturis probari poſſe, inuocandos eſſe ſanctos, ſeu petendum auxilium à ſanctis. Ait enim uetuſtiſſima ſcriptura Gene. 48. de Iacob Patriarcha. Et inuocetur nomen meum ſuper eos, & nomina patrum meorum Abrahā & Iſaac. Item Iob. 5. Voca ergo ſiquis eſt qui tibi reſpondeat, et ad aliquem ſanctorū conuertere. Item. 2. Machab. 15. Hic eſt qui multum orat pro populo & pro uniuerſa ſancta ciuitate Hieremias propheta domini, &c. Sic Gregorius Naziazenus de patre ſuo mortuo ait in oratione funebri, pręſente Baſilio magno. Vt ego mihi perſuadeo, nunc magis proficit pręcibus quam antea doctrina, quanto etiam plus deo eſt propinquior, poſtquam uincula depoſuit corporea Sic uniuerſa Eccleſia dicit S. Petre Ora pro nobis &c. Quod autem unꝰ ſit mediator. Pōtifex et interceſſor Chriſtꝰ intelligit debet de eo mediatore, q id ipſū donare pōt qđ periꝫ, et eſt mediator redēptiōe & pręcipuus (nō tamē ſolꝰ aut ſolitariꝰ) interceſſor.

Articuli

ARTICVLI QVI-bus recenſentur abuſus mutati.

QVod aiunt, Eccleſias ſuas de nullo articulo fidei diſſentire ab Eccleſia Catholica, q̄ uerū ſit, ex ſuperiꝰ dictis & inferiꝰ dicendis perſpicuū eſt. Quod autē de calumnijs queruntur, res ipſa apertius demonſtrat, q̄ ut expurgatione ulla egeat.

De utraq; ſpecie.

QVod ꝓ utraqꝫ ſpecie laicis danda, p̄tex ūt mādatū Chriſti Matth. 26. Bibite ex hoc omnes, eis ſuffragari nō pōt. Quādoquidē ad Apoſtolos tātū dictū eſt, Sicut ait Luc. c. 22. Et cū facta eſſet hora, diſcubuit, et Duodecim Ap̄li cū eo. De quibꝰ Mar. 14. dicit. Et biberūt ex eo oēs. *Bibite ex hoc omnes.*
2. Qđ ad Paulū, Cypriant & Hieronimū attinet, facile cōcedit, olim etiā laicis calicē porrectum fuiſſe, dum ſacra peragerentur. Cęterū hunc morē Eccleſia poſt rationabiliter mutauit, tam propter uitandum periculū effuſionis q̄ propter tollendam falſam opinionem eorum, qui putabant minꝰ ſub una quam ſub utraqꝫ ſpecie cōtineri. *Cur altera ſpecies ſubtrahitur.*
3. Dictum autem Gelaſij Papæ ad ſacerdotes ſacrificantes referendum eſt, quibus non

licet in sacrificio alterutra tantũ spẽ uti. Id quod Canon proxime præcedens clarius indicat.

Nullum de utraq; specie mã datũ Dei. 4. Neq; cõtra dei mandatũ introducta est unius speciei consuetudo. Quãdoquidẽ deus nusq; mandauit, laicis utrãq; speciẽ, ut supra dictũ est. Falsum est igitur, quod inferunt, hãc cõsuetudinem non solum contra scripturã sed etiam contra ueteres Canones & exemplum Ecclesię receptam esse.

5. Quod deniq; Processionem intermittunt ob eam causam, ne diuisio sacramenti pariat diuisionẽ Christi, deridiculum est, Christus.n. integer perseuerat tã sub una q̃ sub utraq; specie.

De Coniugio sacerdotum.

QVod Pium papam adducunt, nihil momenti habet. Non. n. ut papa sic statuit, sed ut Aeneas syluius priuatim ad amicum in Epistola quadam sic scripsit.

Illicita sacerdotum coniugia. 2. Quod sacerdotes eorũ illicitis suis cõiugijs publica scãdala cõcubinatꝰ prętexũt, nõ eos à pręuaricationis culpa excusat. Melius.n. uitassent ea scandala cõtinendo quã nubẽdo, aut abdicando concubinas, siquas habebant, q̃ ducẽdo uxores autoritate, immo temeritate propria, contra statuta & consuetudines Ecclesiæ, atq; etiam contra leges publicas.

3. Quod

3. Quod Paulum citant. Vnuſquiſq; habeat uxorem ſuam propter fornicationem. Et, Melius eſt nubere quã uri. Nõ opitulatur ſacerdotibus eorum, qui ſibimet, uoto intercedente, cõiugia illicita fecerunt.

4. Nec quicq̃ pręſidij affert eis uerbũ Chriſti. Non omnes capiunt uerbum hoc. Non. n. omnes homines ſacerdotes ſunt. Sicut igitur nõ omnes homines ad cęlibatum idonei ſunt, ita nec ad ſacerdotium.

Continentia poſſibilis.

5. Nec pro eis facit, q Deus creauerit hominem ad procreationem. Quãdoquidem, quod ait, Creſcite & multiplicamini, nõ ſolum ad homines, ſed etiam ad cuncta animantia dixit, Cũ igitur equus & mulus, quibus nõ eſt intellect9, à procreatione ſępenumero abſtineant. Qui fit, ut homo, intellectu prędítus, continere non poſſit adiuuante gratia dei?

6. Quod aiunt, Mandatum dei & ordinationẽ dei, nulla lege humana, nullo uoto tolli poſſe, Conceditur quidem, ſed interim probandũ eſt, connubia ſacerdotibus à Deo mandata aut ordinata eſſe. Quod ꝑfecto nũq̃ probabitur.

Sit Epiſcopus unius uxoris uir.

7. Dum aiunt in ueteri Eccleſia ſacerdotes fuiſſe maritos, idq; probant B. Pauli uerbo, ut ſit Epiſcopus unius uxoris uir. Non magnopere ſacerdotes eorum tuetur. Neq; enim Epiſcopi nec ulli presbiteri unq̃ duxerũt in ſacerdotio.

 uxores.

uxores. Quanq; hi, qui uxores iam habebant, ad sacerdotium prouecti sunt nonnunq;, idq; propter raritatem eorum, qui Ecclesiæ uerbo- q; Diuino inseruire poterāt: post uero, ubi ado leuisset Ecclesia, iamq; personarum idonearum non modica esset copia, aliter odinatum est.

Falsa historia.

8. Quod aiunt, In Germania primum ante an nos Quadringentos, sacerdotes ui coactos esse ad cœlibatum, tam facile cōtemnitur, q̃ nullo certo autore asseritur. Contrarium.n. apertis- sime constat ex longe antiquioribus sub Caro lo magno & filio eius Ludauico editis Cano nibus in Concilijs VVormaciensi, Mogunti- nensi, Aquensi, atq; etiam deinde sub Imperato re Arnulpho in Concilio Triburiensi, ubi ma- nifeste sacerdotibus indicta cernitur cōtinētia.

9. Quod tam inuidiose conqueruntur, in sa- cerdotes animaduerti capitalibus pœnis, nullā aliam ob causam nisi propter coniugium, Nō facile de ullo probare poterunt. Si qui enim in- terfecti sunt, alijs ad uetita coniugia accedenti- bus flagitijs, interempti sunt.

Doctrina dæmoniorum.

10. Quod aiunt, Paulum appellare doctrinā dæmoniorum quæ prohibeat coniugium, De Tatianis, Manicheis, alijsq; hæreticis, quaslibet indiscriminatim nuptias prohibentibus, intelli gi debet.

11. Verba Cypriani non loquuntur de uoto

solemni

ſolemni quod etiam contractum dirimit matri
monium, ſed de uoto ſimplici, quod contractū
matrimonium non dirimit.
12. Quod aiunt, hactenus fere ante iuſtam æ-
tatem emiſſa eſſe uota, abſurdius eſt q̃ ut repre
hēdatur. Quis enim ad ſacerdotium prouectꝰ
eſt niſi annos iam. 20. natus, immo iuxta Cano
nes habere debet annos. 25. & ſecundum leges
annos. 30.

DE MISSÆ.

QVod Cancionibus latinis admiſcentur Germanicæ apud illos', ex ſe non im-probatur, ſed ex friuola quadam & te-meraria nouitate, cui comes eſſe ſolet contem-ptus approbatæ conſuetudinis.
2. Si miſſę ad quęſtum pręcipue conferantur quis non uidet eſſe abuſum? At ſi is, qui altari *1. Cor. 9.* ſeruit & ſpiritualia ſeminat, de altari uiuat & corporalia metat, autoritate Pauli nititur.
3. Priuatæ miſſę eiuſdem ſunt rationis *Abrogata miſſa.* cuius ſunt publicæ. Qui ergo fit, ut priua-tas propter quæſtum intermiſerint, publicis non intermiſſis? quum ex publicis non mi-nor quæſtus habeatur quam ex priuatis. Quis enim non uidet, uberiorem eſſe quæſtum

(si ita appellare placet) pastoris q̃ sit priuato-rum sacerdotum?

4. Quod causam dissensionum de missa et Sacramẽto subortarum retorquent in prophanationes missarum et in ignauiam Episcoporum, Pro sua libidine faciunt. Quis enim missas prophanauit foedius q̃ ij qui penitus abrogarũt? & qui populo persuaserunt, haud aliter à missa fugiendum esse atq̃ à Diabolo & abominatione pessima?

5. Quod aiunt, nullã rem diuinam ita ad quęstum collatam unq̃ fuisse ut missam, libere magis dicunt q̃ probabiliter. Quot enim singulis diebus adhuc hodie missæ fiunt absq̃ ulla quęstus ratione? plurimi enim ex mera deuotione citra omnem obligationem frequenter sacrificant.

6. Quod aiunt, missas in infinitum auctas ex ea opinione, quod Christus sua passione satisfecerit pro peccato Originis, instituerit autem missam pro cæteris peccatis abolendis. Nobis profecto ueri simile non est, eam opinionem ullius esse Doctoris Catholici, tantum abest, ut apud nos uulgata sit ea opinio. Scimus enim Christum dixisse, hoc facite in meã commemorationem.

Cęterum

7. Cæterum opinio publica, affirmans miſſam uiuis & mortuis prodeſſe ex opere operato, Improbari non debet. Nam opus bonum, qualis eſt miſſæ celebratio, uirtute charitatis alteri applicari poteſt. Charitas enim iubet pro inuicem ſollicita eſſe membra, 1. Corinth. 12. & alterum alterius onera portare, Gal. 6. & bonorum participẽ fieri. Pſal. 118.

Applicatio miſſæ

8. Quod diſputationes de ualore miſſarum à ſcripturis ſanctis diſſentiant, & lædant gloriam paſſionis Chriſti, non admittimus. Virtus em̄ miſſarum tota ex paſſione Chriſti dimanat, & miſſæ ad glorioſæ paſſionis Chriſti memoriã recolendam præcipue peraguntur.

Chriſtus ſemel oblatus.

9. Autoritates ex Epiſtola ad Hebræos citatæ, celebrationi miſſarum non officiunt. In miſſis enim eſt una eademq; per commemorationem oblatio, quæ à Chriſto in cruce ſemel peracta eſt. Quod igitur in cruce ſemel peractũ eſt, in ſacrificio miſſæ ſæpe per myſterium repetitur.

Quæ per miſſam peccata delentur.

10. Quod arguunt, per miſſam non deleri peccata uiuorum & mortuorum, eo quod per fidem fiat iuſtificatio. Non magnopere ad negocium facit. Quandoquidem non tam culpa quam pœna peccatis debita per miſſam delet, tanquam per bonum opus, quod in ſe ex opere operato deo ſemper gratiſſimum eſt.

 11. Quod

11. Quod aiunt, Missam fieri debere in memoriam Christi. In primis asserimus. Memoria autem non est proprie præsentium aut futurorũ sed præteritorum potius beneficiorum recordatio. Ergo memoria ista nõ ad usum aut sumptionem sacramenti præsentem, sed potius ad oblationem & mortem Christi in cruce semel factã referenda est. Iuxta illud Apostoli, Mortem domini annunciabitis 1. Corinth. 11.

Missa. In qua non adsunt cõmunicantes.

12. Quando aiunt, ad hoc faciendam esse missam, ut porrigatur sacramentũ his qbus opus est cõsolatiõe, & ꝓinde singulis ferijs unã communem missam apud suos seruari. His uerbis non obscure innuũt, missam faciendã nõ esse nisi adsint cõmunicantes qbus porrigatur sacramentũ, & ꝓinde abrogandas esse missas priuatas. Vtrũq; aũt Ecclesię consuetudini plus mille annis obseruatæ repugnat, Et Christus in sui memoriam & mortis suæ annuntiationem instituit & fieri præcepit. Id quod in missa per sacerdotem plene peragi potest etiam si nemo adsit cui sacramentum porrigatur.

DE CONFESSIONE.

1. Prædicatio satisfa

QVOD aiunt, antea immodice satisfactiones commendatas, fidei autem & meriti Christi ac iustitię fidei nullam fa

ctam

ctam eſſe mentionē, Incircūſpecte dicūt. Expe- dit enim in primis ſatisfactionem extolli, rem Chriſtiano homini admodū neceſſariam atq; ſalutarem, à cuius plenitudine ſeneſcente pau- latim mundo, ualde defecimus, Cum olim fue rit iam decennalis, iam ſeptennalis, iam trienna lis iniuncta pro abolendis peccatis pœnitentia. Quam & uetuſtiſſimi Tertullianus & Cypria nus maxime commendauerunt. Interim tamē fidei & meriti Chriſti non ſunt obliti ſatisfactio nis præcones, haud dubie ſcientes, nullā ſatisfa ctionē abſq; fide & merito Chriſti ꝓfuturam. *Satisfactionum ualde neceſſaria.*

2. Quod aiunt, Aduerſarios ipſis tribuere di ligentiſſimam tractationem de pœnitentia, im- pudens profecto iactantia eſt. ſatis enim con- ſtat, à Leone. x. Ro. Pontifice Decem Lutheri errores de pœnitentia in Bulla Apoſtolica pu- blice damnatas eſſe, & ab uniuerſitate Pariſien- ſi adhuc multo plures. Nonne uero & res ipſa indicat, ibi elanguere ac negligi pœnitentiam, ubi antiquatur & contemnitur ſatisfactio? *Impudēs iactantia.*

3. Quod docent de confeſſione, enumeratio- nem delictorum non eſſe neceſſariam, neq; one randas eſſe conſcientias cura enumerandi om- nia delicta, Populo ignauiam & ſocordiam ag- generat, Melius nos docet ſcriptura Pſalm. 31. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam me- am domino Et Act, 19. Multi credentiū uenie- bant, *Enumeratio delictorum.*

bant, confitentes & annunciantes actus suos. Quid autem aliud est confiteri & annunciare actus suos quam sua enumerare delicta? Nemo tamen ad omnia enumeranda obstringitur, sed incuria & affectata obliuio iuste & necessario reprahenduntur.

4. Verba Chrysostomi ad scopum non pertinent. Quis enim non uidet, ineptum esse consecutionem, Peccata in publicum prodenda non sunt, ergo enumeranda non sunt in confessione secreta.

5. Glossa, quæ citatur ex dist. 5. de pœnitentia, c. Consyderet, parum ponderis habet præ autoritate Ecclesiæ, quæ definit Confessionem sacramentalem diuini iuris esse.

DE DISCRIMINE Ciborum.

1. QVOD discrimina ciborum & similes traditiones humanæ sint opera utilia, ad promerendam gratiam & satisfactoria pro peccatis. Ex scripturis dilucide probari potest. Hic breuitatis gratia sufficiat illud Pauli 2. Thess. 2. State, & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. Sic & Apostoli ac seniores Act. 15. tanquam necessaria constituerunt, ut abstinerent ab Idola-

Opera pro peccatis satisfactoria.

ab Idolothytis & ſuffocato & ſanguine. Sic tota Eccleſia quædam ciborum diſcrimina ad ſatisfaciendum pro peccatis inſtituit, ut pœnitentes certis diebus ieiunarẽt, à uino abſtinerẽt, &c.

2. Quod aiunt, multa inde incommoda ſecuta eſſe, & primum quidem, obſcuratam eſſe doctrinam de gratia & iuſtitia fidei, Conſtanter negamus. Ieiunia enim & feriæ ordineſq; religioſorum gratiam & iuſtitiam fidei illuſtrant, tantũ abeſt ut obſcurent. Reddunt enim hominem ad deo ſeruiendum alacrem magis & expeditum.

3. Quod aiunt, Paulum legem & traditiones humanas remouere. Verum quidem eſt de lege Moſaica & Iudaicis traditionibus, ad quas Chriſtianos aſtringi nolebat, ut ferme per totã Epiſtolam ad Romanos, itidem ad Galatas, luce clarius apparet. De quibus etiam ait Col. 2. Nemo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti aut neomeniæ aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum. De Apoſtolorũ autem & Eccleſiæ traditionibus non ita ſenſit, ſed præcepit ubiq; cuſtodire præcepta & decreta Apoſtolorum & ſeniorum Act. 15. & 16.

Mẽs Pauli de Traditionibus.

4. Quod aiunt, has traditiões obſcuraſſe præcepta dei, eiſq; p̃latas fuiſſe, adeo, ut totus Chriſtianiſmus in his eſſe putaretur, falſum eſt. Quis enim unquam prætulit traditiones homi-

num

num præceptis dei? Verius ait dominus Matt. 23. Hæc oportuit facere, & illas non omittere.

5. Quod aiunt, Mandata dei iuxta uocationem, nullam habuisse laudem præ splendidis illis Monachorum obseruationibus, non concedimus, scimus enim Paulum recte præcepisse 1. Corinth. 7. ut unusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Veruntamen ut uocationes diuersæ sunt, ita quoq; uocatio uocationi præstat, & una altera perfectior est. Cum igitur spiritualia sint carnalibus perfectiora 1. Corinth. 9. Cur non & uocatio, quæ spiritui seruit, eam præcellat, quæ mundo & carni debita est? 1. Corinth. 7.

Vocationum una præstat alteri.

6. Quod aiunt, Traditiones attulisse magna pericula cõscientijs, quia impossibile fuerit, omnes traditiones seruare &c. Respondemus, id si forte contigit, factum esse, non ex parte traditionum, quæ suapte natura salutares erant, et in cultum dei destinatæ, sed ex parte eorum, qui uel incaute se traditionibus manciparunt, ad quas idonei non erant, uel qui assumptas traditiones peruicaciter detrectauerunt. Cæterum sicut Deus, ita & Ecclesia nihil nobis impossibile præcipit. Ait itaq; Apostolus, Omnia possum in eo qui me confortat Philip. 4.

Iniqua culpatio Traditionum.

7. Quod allegant Gersonem, qui dicat, multos in desperationem incidisse, quosdam etiam mortem

mortem ſibi conſciuiſſe, quia ſenſerant, ſe non ſatisfacere traditionibus &c. Reſpondemus, id non tribuendum eſſe traditionibus, ſed emotis mentibus aut melancoliç ueſanorum hominũ. Nam & in matrimonio plærīq; laqueum ſumunt, & mortem ſibi conſciſcunt.

8. Quod ſummiſtas & Theologos inſimulant, quod traditionibus occupati non attigerint ſcripturam, neq; quæſierint utiliorem doctrinam de fide, de cruce, de ſpe, de dignitate Ciuilium rerum &c. Inique faciunt. Ab illis eñ nihil omiſſum aut indiligenter tractatum eſt, quod ad eas res pertinere uidetur, idq; ex apoſitiſſimis ſcripturis. *Calumnia in Theologos.*

9. Quod iterum Gerſonem allegant & alios quoſdam Theologos, conquerentes, ſe rixis traditionum impediri à meliori genere doctrinæ, imputent Gerſoni & illis, ſi modo (quod nos latet) ita conquerantur. Cum nemo eos ad rixas eiuſmodi coegerit.

10. Quod Auguſtinum adducunt, qui uetet onerare conſcientias huiuſmodi obſeruationibus, nos ſupra diluimus. Generales eñ ab omnibus obſeruari iubet, immo & particulares in ſuis ꝓuincijs quaſq; obſeruari mandat, ne proximus illarum neglectu offendatur. *Aug. Epiſtola 118*

11. Quod allegant ſcripturas contra huiuſmo di traditiones, non magnopere illis ſuffragatur.

Loca scri pturæ de traditio nibus.

tur. Nam & sancti Patres, qui huiusmodi traditiones & instituerunt & obseruarunt, scripturarum ignari non erant, immo easq; & accuratius discusserunt & sanius intellexerunt. Verba igitur Christi Matth. 15. de ijs traditionibus intelligenda sunt, quæ legi dei aduersantur aut impedimento sunt. Ait enim. Quare uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram. Verba Pauli Rom. 14. de cibis & obseruationibus ueteris legis intelligi debent. Totius enim Epistolæ illius scopus est, ne Christiani Iudaicis obseruationibus obstringantur. Similiter & uerba eiusdem ad Colloss. 2, accipienda sunt, ut textus ipse declarat, addens Neomenias & Sabbata quæ sunt umbra futurorum. Sed & Petri uerba Act. 15. aliter intelligi non possunt. Tota enim ea disceptatio de circũsione & iugo ueteris legis agitur. Male igitur peruertunt hic Petri sententiam, torquentes eam ad alias obseruationes à ritibus Moysi.

12. Quod addunt ex Paulo, 1. Timo. 4. Prohibitionem ciborum esse doctrinam dęmoniorum, In eos dictum intelligi debet, qui ueteris legis cibos, perinde atq; obseruatu necessarios iudicabant. Aut qui à cibis, utpote carnibus, uelut per se malis, abstinendum esse putabant. Cõtra quos Apostolus ibi ait. Omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum quod cũ gratiarum

rum actione percipitur.

13. Quod docent, huiuſmodi abſtinentia nō ſatisfacere nos pro peccatis neq; aliquid mereri. Eccleſia non recipit, quæ ſcit, Deum unicuique reddere iuxta opera eius Rom. 2. & nullum bonum relinquere irremuneratum, ſicut nullum malum impunitum.

14. Quod aiunt, non ponendum eſſe peccatum in talibus ritibus etiamſi omittantur ſine ſcandalo. Vafricies eſt eorum, qui pro uelamine maliciæ libertatem obtendunt 1. Pet. 2. Quaſi Eccleſia nullam habeat autoritatem præcipiendi aut ſtatuendi quicquam. Et quaſi neglectus aut cōtemptus Eccleſiaſtici ritus aut ſtatuti peccatum non ſit. Cum Chriſtus dicat, Qui Eccleſiam non audit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus Matth. 18. Et Paulus 2. Theſſ. 3. Denunciamus uobis, ut ſubtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem quam acceperunt à nobis. *Eccleſiæ autoritas in ſtatuendo.*

15. Quod obijciunt diuerſos diuerſarū prouinciarum ritus, ſupra diſſoluimus ex Auguſtino ad Ianuarium, quem & ipſimet nobis obtruſerunt.

DE VOTIS MOnaſticis.

C 1. Quod

1. *Vota antiquiora quam August.* QVOD aiunt, tempore Augustini libera fuisse collegia, post uero accessisse uota, longe à uero abest. Nam ante Augustinũ Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Basilius. Nazianzenus, &c. durissime increpuerũt eos, qui uotorũ immemores ad aliã uitam cõmigrabant. Quos & Paulus damnat 1. Tim. 5. quod primam fidem irritam fecerint.

Anni discretionis 2. Quod aiunt, quibusdam Monachorum defuisse annos, aliȷs defuisse iudicium de suis uiribus. Respondemus, præscriptos esse annos et discretionis & probationis, ante quos uotum neq; exigitur neq; recipitur. De suis autem uiribus iudicare aut confidere nemo debet, sed potius cum Paulo dicendum est unicuiq;. Confido in hoc ipsum, quia qui cœpit bonum opus in uobis, perficiet usq; in diem Iesu Christi Philipp. 1.

Voluntarie uouetur. 3. Quod aiunt, quosdam irretitos, qui etiam beneficio Canonum liberari potuissent, coactos esse manere. Non credimus, neq; interim tamen omnium omnia facta probamus. Solet autem uota non nisi à uoluntariȷs recipi, solent & præmoneri ȷ qui uotum emissuri sunt, ne temere uoueant, quia uouere nemo cogit. Displicet nẽpe Deo infidelis & stulta ꝓmissio. Eccl. 5.

4. Quod aiunt, bonos uiros doluisse, autoritatem Canonum in re periculosissima omnino negli

no negligi & contemni. Iuſtus nimirum dolor fuiſſet, ſi ita contigiſſet, Cæterum ſperamus, Patres huic rei diligentius intendiſſe, quam ut omnino (quod iſti dicunt) negligeretur aut contemneretur Canonum autoritas.

5. Quod aiunt, noſtris perſuaſum eſſe, uota paria eſſe baptiſmo. Non meminimus à quopiam ſic dictum eſſe. Credimus tamen, talia uota, gratiſſima eſſe Deo ſacrificia, in quibus non modo corpora exhibētur in hoſtiam uiuentē, ſanctam, Deo placentem, uerumetiam uoluntas propria abnegatur, qua nihil habet homo precioſius, ubi homo totus abnegat ſemetipſum, & tollit crucē ſuam, ſequuturus Chriſtū. *Vota non eſſe paria baptiſmo.*

6. Quod addunt, à noſtris doceri, illo uitæ genere, quia ſeruaret non modo præcepta ſed etiā cōſilia Euangelica, amplius etiā mereri coram deo quā iuſtitiā, & proinde Monaſticā ꝓfeſſionem longe præſtantiorē eſſe baptiſmo, partim admittimus, partim inficiamur, Admittimus ſane, illo uitæ genere hoſs amplius aliqd mereri, quia in ſtatu perfectionis ſunt. Matt. 19. quā eos ꝗ uulgare uitæ genus ſequunt. Centuplū em accipiēt & uitam ęternam poſſidebūt. Proinde ampliores in domo patris cœleſtis manſiones accipiēt, quia reliquerūt oīa & ſequuti ſunt Chrm. Inficiamur uero, à quopiā è nr̄is doceri, Monaſticā ꝓfeſſionē baptiſmo p̄ſtantiorē eſſe. *Plus meriti in uotis quam extra.*

 7. Quod

7. Quod aiunt, Monachos olim conueniſſe ad diſcendum, nunc autem ad promerendam gratiam & iuſtitiam, Reſpondemus, utrumq; decere Monachos. Neq; enim olim tantum ad diſcendum conuenerunt, ſed potius ad ſeruiendum Deo impenſius, & hic eorum inſtituti pręcipuus eſt ſcopus.

Continentia. 8. Quod de miniſterio Monachorum repetunt, ſupra diſcuſſum eſt cum ageretur de coniugio ſacerdotum. Nec uerbũ Pauli. Propter fornicationẽ habeat unuſquiſq; uxorẽ ſuam, recte ab eis intelligitur. Alioqui nemini liceret, abſq; uxore eſſe. Intelligitur itaq; de ijs tantũ, qui nõ continent. Vbi igitur continentiæ uotũ acceſſerit, ibi continentia non amplius libera ſed præcepta eſt. Eſt enim præceptum dei. Siquid uouiſti Deo, ne moreris reddere Eccl. 5. Item ſi uotũ uoueris deo tuo, nõ tardabis reddere Deut. 23. Itẽ uouete & reddite dño deo uro. Pſal. 75.

Non eſt bonũ, hominẽ eſſe ſolum. 9. Quod adducunt illud Gen. 2. Non eſt bonum homini eſſe ſolum. De primo homine dictum eſt, ut textus clare indicat. Alioqui non eſſet bonum, in uirginitate permanere, ſi ad omnes dictum eſſet. Hoc autem manifeſte aduerſatur Apoſtolo 1. Corinth. 7. dicenti. Qui matrimonio iungit uirginem ſuam, bene facit. Qui autem non iungit, melius facit.

10. Quod aiunt, Votum non tollere man-

datum

datum dei. Nihil agunt, quia nunquam proba
turi sunt, Monastica uota repugnare manda-
tis dei. Ducere enim uxorem non præceptum
sed liberum est, haud secus itaq; manere uirgi-
nem, ut apertissime docet Apostolus 1. Cor. 7.

11. Quod Ro. Pontifices in uotis aliquando dispensant, id non sepe neq; ex leuibus causis faciunt. Neq; ea uota simpliciter tollunt, sed in alia pietatis opera commutant. Nō igitur rescindunt id quod iuris diuini est, sed ad meliorē frugem et Reipub. Christianę cōmodiorē referūt. *Dispensatio in uotis.*

12. Quod aiunt, non ignotū esse, quomodo in potestate hominis sit perpetua castitas. Perquam fragile est. Quod em̄ nostris uiribus nō possum9, in eo q̄ nos cōfortat possum9 Phil. 4.

13. Quando interrogāt. Quotus quisq; sponte & consulto uouerit? Respondemus, omnes profecto qui uouent, ita uouere debent, alioqui frustra instituti essent anni tum discretiōis tum probationis.

14. Quod testimonio Augustini probare nituntur, coniugia Monachorum dissolui nō debere. Nihil efficiunt, Loquitur enim ibi Augustinus, de uoto simplici, non de solenni, quale Monachorum est, hoc enim non solum impedit contrahendum sed dirimit etiam cōtractū. *Duplex uotum.*

15. Quod rursus obijciunt uerbum Christi, frustra colunt me mandatis hominum, & inde *Monachatus nō ni-*

titur mandatis hominum. colligunt. Monachatum esse cultum impium. Supra diluimus, Monachatus em̄ non innititur mandatis hominū, sed cōsilijs Euangelicis Dei, nēpe. Si uis pfectus esse, uade & uende omnia quæ habes &c. Matt. 19. Itē, De uirginibus præceptū dn̄i non habeo, consiliū aūt do &c. 1. Cor. 7. Ad rem igitur nō faciūt, quæ per multos etiam uersus hic frustra repetuntur, non citra tædium nauseamq; lectoris, ad quæ sane omnia supra, tametsi breuiter, abunde tamen satis, ut arbitramur, responsum est.

Opera sua communicare alijs. 16. Quod aiunt, Monachos his etiam absurdiora affinxisse, nempe opera sua alijs mutuare. Nobis sane absurda non uidentur, sed potius fraternæ charitatis officia, Charitatis. n. est, sua fratrib9 cōmunicare. 1. Io. 3. Ro. 13. Phi. 2. &c

17. Quod aiunt, Monachos psuasisse hoīnibus, factitias religiones esse statūChristianę perfectionis Gemina est iniuria, Tum quod sacras & approbatas religiones multisq; uirtutibus & miraculis à Deo commendatas, ipsi factitias odiosius appellant. Tum etiā quod negant Monachatū esse statū Christianæ pfectionis, cōtra uerbū Christi. Si uis pfectus esse &c. Matt. 19.

18. Quod aiunt. Non esse leue scandalum in Ecclesia, populo proponere certum cultum ab hominibus excogitatum, sine mandato dei. Nos constanter negamus, Monachatū talem

cultum eſſe. Non enim ab hominibus ſed poti us à ſpiritu ſancto p ſanctos dei homines tum miraculis & uirtutibus tum eruditione & ſapiētia præclaros excogitatus eſt. Quē & Euangelica cōſilia manifeſte ſuadent, ut dictū eſt. Ad cætera quæ ſubnectunt abunde reſponſum eſt ſupra. Ad q̄ ſane ſufficit hic dixiſſe illud Iuuenalis. Occidit miſeros crābe repetita magiſtros.

19 Quod aiunt, ueram perfectionē & uerum dei cultum, non eſſe in celibatu aut mendicitate aut ſordida ueſte, ſed in timore dei, in conceptu magnæ fidei &c. Cauillus eſt. Quis em̄ Catholicorum ueram perfectionem conſtitueret in mendicitate aut ſordida ueſte? Chriſtus autem ponit perfectionem in renunciatione eorū quę poſſidentur ut ipſum ſequamur Lu. 14. Quam profitentur Monachi. Cuius externa indicia interim mendicitas & ſordida ueſtis eſſe ſolet. *Mendicitas et ſordida ueſtis.*

20. Quod aiūt, Populū multas pniciosas opiniones cōcipere ex illis falſis p̄conijs uitæ Monaſticæ, itidē cauillus eſt. Ea em̄ uita non falſis eget p̄conijs, quæ in Euangelio Chriſtum, in Epiſtolis Paulū, in uitis Patrū Hieronymum, Baſiliū Magnū et alios id genus ſanctos patres præcones habet. Nec p̄cones eiuſmodi, perniciosarū opinionū populo autores eſſe poſſunt. *Præcones uitæ Monaſticæ.*

21. Quod aiunt. Audit populus ſolos mendicos eſſe perfectos, ideo cum offenſione *Figmenta odioſa.*

conscientiæ retinet possessiones &c. Credimus hæc in odium Religiosorum cõficta esse. Quis enim unquã apud nos uel docuit uel audiuit, solos mendicos perfectos esse: non licere Christianis possessiones habere, non negociari, non militare? Iustius profecto in ipsos hæc retorqueri possunt qui docuerunt in Euangelio de huiusmodi rebus non esse Consilia sed præcepta. Et inde forsitan excitati sunt seditiosi qui inter Christianos nolũt ferre Magistratus, iudicia, militiam, &c.

Status perfectionis. 22. Quod aiunt, Bonum & perfectum uitæ genus esse, quod habet mandatũ dei. Dicimus, Monachatum ideo perfectionis statum dici, quia mandatis superaddit consilia Euangelica, ex quibus faciunt homines opera supererogationis, ad quæ ex mandatis non tenentur. De quibus ait Apostolus. Exerce te ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicũ utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est & futuræ.

Gerson. 23. Quod obijciunt Gersonem in uno loco male forsitan intellecto, nos Centum ex eodem loca in contrarium adducere possimus, ubi uitam Monachorum contemplatiuam miris extollit præconijs. Nobis sufficere debet, illud Christi. Si uis esse perfectus &c.

24. Quod concludunt, uota irrita esse, quia

falsa

falſa & inania ſunt quę ipſis attribuuutur, nēpe iuſtificatio, pfectio chriſtiana, cōſilia Euangelica, opera ſuper erogationis, Male cōcludūt, tū ꝙ iſta nō falſo, ut dicunt, uotis tribuūtur, tum ꝙ uota ob id irrita non eſſent, etiāſi bona iſta eis nō tribuerentur, iuxta illud Deut. 23. ſi moratus fueris reddere uotum quod uouiſti, reputabitur tibi in peccatum, ſi nolueris polliceri, abſq; peccato eris.

DE POTESTATE Eccleſiaſtica.

Quod aiunt. Nonnullos commiſcuiſſe poteſtatē Eccleſiaſticā et poteſtatē gladij, & ex hac confuſione maxima bella maximos motus extitiſſe, Reſpondemus, neminem unq̄ poteſtates illas commiſcuiſſe, ſed eas ſemper diſtinctas in Eccleſia permanſiſſe. Motus autem & bella extitiſſe magis ex inobedientia q̄ ex poteſtatum confuſione. Nec interim tamē probamus, ſiqui fortaſſis Epiſcopi poteſtate gladij & excom municatione abutantur & ſuis deſunt officijs.

Traditiones condere licet Epiſcopis.

2. Quod aiunt. Contra ſcripturam eſſe, traditiones condere, ut per earum obſeruationem ſatiſfaciamus pro peccatis, aut mereamur iuſtificari &c.

ficari &c. Inhciamur, Nam si traditionum praeuaricatio peccatum est. 1. reg. 15. Qui fieri potest, ut earundem obseruatio meriti ratiōnē nō habeat? Quandoquidem Christus ait (ut ipsi met ad asserendam Episcoporum obediētiam supra citarunt) Luc. 10. Qui uos audit, me audit. Non igitur contra scripturam est, traditiones condere, sed traditionibus nō obtēperare.

Plures olim quam nunc Monachi & Ceremoniae.

3. Quod queruntur, in infinitū pene creuisse traditiones, Quia subinde plures ferię factę sint ieiunia indicta, Cerimonię nouę, ordines noui instituti. Respondemus, ꝙ nobis uerisimilius est, olim plures ferias obseruatas esse, seueriora fuisse ieiunia, crebriores seduliores ꝗ Ceremonias, plures item Monachos quam hodie sunt. Id quod uetustiores Ceremoniarum libri, & uitae patrum liquido testantur. Quemadmodum igitur prisci Canones pœnitentiales interciderunt. Ita ueri simile est multas ferias, multa priscorum ieiunia, multas Cerimonias, ordines ꝗ Monachorum intercidisse. Antiquitus enim tota hebdomoda pascę, tota hebdomoda Pentecostes festa solēnitate peragebatur. Et totū tēpꝰ Aduētus dn̄i, & nō pauci dies post Natalē Ioannis Baptistę olim ieiunijs erāt cōsecrati. Et ubi sunt hodie Anachoritae, Archimandritae & tot agmina Monachorū, q̄t olim fouebat Aegyptus, Palestina, Syria atꝗ etiam Scythia?

Quod

4. Quod aiunt, peccatũ collocari in cibis diebus & ſimilibus reb9, atq; onerari Eccleſiã ſeruitute legis, probare nõ poterũt. In cibis. n. et ſimilibus reb9, ſicut nõ eſt regnũ dei, ita neq; peccatũ. Sed cõtemptus & tranſgreſſio mãdatorũ quę ſtatis diebus à cibis abſtinendum eſſe iubent, peccatum inducunt. Ergo non cibus, ſed tranſgreſſo & inobedientia peccatum eſt.

5. Quod aiunt, Pontifices aliqua ex parte exemplo legis Moſaicę dęceptos eſſe, in conſtituẽdis huiuſmodi obſeruationibus, Reſpondem9 longe aliam noſtris Pontificibus rationem fuiſſe q̃ Leuiticis ſacerdotibus. Illi enim in umbra futurorum uerſati, ea prę́cipiebant aut prohibeant, quę myſterium & ſignificantiam futurorum prę ſe ferebant. Noſtri autem in Ceremonijs quidem potiſſimum refricant memoriam paſſionis dominicæ, & ad cęleſtia mentes erigũt, In ieiunijs uero caſtigant corp9 et in ſeruitutẽ redigunt, ut Apoſtolus docet. 1. Cor. 9. *Alia ratio Ceremoniarum legis quam Euangelij.*

6. Quod negãt peccatũ eſſe, ſine offenſiõe aliorũ, in ferijs laborare manibus, in Quadrageſima ueſci carnibus, omittere horas Canonicas: Iniquiſſime faciunt, etiã cõtra ſcripturã de obedientia. 1. Reg. 15. Matt. 18. Luc. 10. Heb. 13. &c. Non. n. manualis labor aut cibus ipſe peccatũ eſt, ſed repugnare & nolle acquieſcere quaſi ſcelus Idolatriæ habetur. *Peccatũ in tranſgreſſione etiam abſq; ſcandalo.*

7. Recte nostri aiunt, quod peccatum in casu reseruato non possit remitti nisi accesserit autoritas reseruantis. Nam quo grauior est & formidabilior morbus, hoc peritior medicus disquirendus est. Sunt animarum (si Plutarcho creditur) plures etiamnum morbi & deteriores quam corporum. Casus itaque reseruati in maioribus flagicijs prestabilioris medici curæ & autoritati haud iniuria concrediti sunt. Seruator noster Christus Lunaticum, qui spiritu muto discerpebatur, curauit, quem discipuli liberare non poterant Mar. 9. Matth. 17. et Luc. 9. Reseruatio igitur non est instituta propter remissionem culpæ, nam illa ad eum pertinet qui ait. Ego sum, ego sum qui deleo peccata Esai. 43. Et salus tua ex me Israel. Osee. 13. Reseruatio uero pœnæ, quæ medicinalis esse debet, autore Chrysostomo, ad discretionem & iudicium spiritualis medici pertinet.

Ius Episcoporum ad statuendum.

8. Quum quærunt. Vtrum habeant Episcopi ius tales traditiones imponendi Ecclesijs. Respondemus, quod habent ab eo, qui ait. Qui uos audit me audit, Luc. 10. Et qui hinc ad cœlos profectus dixit, Ite docete eos seruare omnia quæ præcepi uobis Matthæi ulti. Petrus quidem uetat imponere iugum discipulis, sed ueteris legis, Circumcisionis scilicet & cæterarum

obserua-

obſeruationũ. Paulus dicit Apoſtolus datã poteſtatẽ eſt ad ędificationem, non deſtructionem Cæterum ieiunia. Cerimoniæ Monachatus, feriæ &c. ædificationi ſeruiunt, tantum abeſt, ut per eas augeſcant peccata, niſi quiſpiam illis abuti uelit. Paulus Coloſſenſes neminem iudicare uult in cibo & potu, ſed aduerſus pſeudo apoſtolos loquitur, qui conabantur Coloſſenſes partim pellicere ad Iudaiſmũ, in quo iſta hęc ſeruari oportuit, partim pertrahere ad obſeruandos gentilium ritus. Nam hoc eſt quod ſequitur. Si mortui eſtis cum Chriſto ab elemẽtis mundi &c.

9. Verbum B. Pauli ad Titum Quis nõ uidet ad mandata hominum pertinere, Euangelio et ueritati aduerſantia? Eius autem, quod traditiones Cerimoniarum, ieiuniorum & huiuſmodi pugnent cum Euangelio & doctrina ueritatis, iamdudum probationem expectamus. Cæci etiam ſunt & duces cæcorum, qui traditiones hominum pluris faciunt mandatis diuinis, atq; adeo, ut traditionem ſuam ſeruarent, præcepta Dei irrita fecerunt. Mar. 7. Neminem autem traditionibus tam addictum eſſe arbitramur, ut per eas Dei præcepta aut irrita eſſe aut fieri debere exiſtimet, Illa poſtremũ plantatio patrem cæleſtem habet ſatorem atq; irrigatorem, nullam reformidans euulſionem

quæ Chri-

quæ Christi & Apostolorum partim præceptis, partim consilijs innititur.

Quis onerat conscientias.

10. Traditionibus suis conscientias non onerant Episcopi, sed is qui de præsidibus & uerticibus Ecclesię ait Quæcunque dixerint uobis facite, secundũ opera eorũ nolite facere Matth. 23. Cui B. Paulus subscribit, dicens. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis Siquidem illi uigilant per animabus uestris tanquam rationem reddituri. Heb. 13.

11. Dæmoniorum doctrinas Paulus Tit. 5. uocat Iudaicas traditiones de delectu ciborum & Tatianorum Manichęorumque persuasiones de uitãdo matrimonio. Quocirca hisce uerbis Apostoli, traditiones Ecclesiasticæque Ceremoniæ explodi non possunt.

Continentia sacerdotibus indicta.

12. Proferant igitur, si possunt, ea quę errore quodam recepta esse, & sine peccato pręstari non posse, impudenter magis quam uere asseuerãt. Nunquid per errorem receptum est, quod unctio spiritus docuit? quod suggestio sancti spiritus dictauit? quod fidem illustrat? quod accendit charitatem? quod pietatem alit? quod spem erigit? & quod tandem consilio Euangelico nititur? Nonne Christianus sacerdos, ueri dei tum promissione animatus, tum ope et pręsidio communitus, castitatem sine peccato pręstare potest, quam gentes à suis sacrificulis

& ab ijs

& ab ijs etiam qui facra adituri erant, tantope re extorquebant? Audiamus Tibullum, ta metfi non fatis caftum poetam Cafta decēt fu peros, procul hinc procul efte prophani, Quis tulit hefterna gaudia nocte uenus.

Nonne is qui Chrifto nomen dedit, uota fua fine peccato reddere poteft, & cū pfalmo grapho dicere Vota mea domino reddam co ram omni populo eius? Pfal.cxv. Et iterum Tibi reddam uota mea quæ diftinxerunt labia mea? Pfal.lxv. Si Vergilio creditur, Seruati in litore nautæ, foluūt uota Panopęæ & Inoo melicerte, & Chrifto Chriftianus uota non foluet? *Reddere uota Domino.*

Nonne poftremo Ieiunia fine peccato prę ftari poffunt, quæ uicia comprimunt, mentem eleuant, uirtutem largiuntur & pręmia ut Bea tus Gregorius ait? Sed plane libitum eft hic cum pfalmifta perorare, Aduerfus fanam do ctrinam infurrexerunt teftes iniqui, & mentita eft iniquitas fibi Pfal.26. *Ieiunia.*

CONCLVSIO.

Confeffionis abfolutio quorundam meminit, quæ inter abufus quoq; nu meranda effe, haud obfcure indicat, *Abufus tollendi aut corrigendi.*

De indul-

De indulgentijs scilicet. De peregrinationibꝰ, De excommunicationis ĩmodesto flagello, De pertinaci dissidio inter Monachos et parochos super iure parochiali, super audiendis confessionibus, super sepeliẽdis mortuis, & alijs innumerabilibus rebus, In eiuscemodi siquid est, quod libertati Christianæ aduersetur, quod pugnet cum sacris literis, quod impietatẽ spiret, quod disscindat unitatem Ecclesię, quod tranquillitatem & pacem interturbet ac depopuletur, illud ipsum corrigi emendari castigari ac demutari facile patiemur, dummodo interim id quod pium est, quod syncerum, quod castum, quod finitimum consilijs Euangelicis, quod consonũ fraternæ charitati, & quod ad rectam fidẽ adludit, non aboleatur & pessum eat. Nam hac ratione futurum speramus, ut olim inita concordia, & pacato christiano orbe, seruare possimus (id quod B. Paulus optat) unitatem spiritus in uinculo pacis. Amen.

Ἀρνόλδοιο βοηθοῦντος, Κοχλαῖς λόγοισι
κάτβαλες εὐδοκιμοῖσ πίσιν ἀδοξοτέρην.

COMPENDIOSA EXPLICATIO

catio Actorum Augustae in Septenorum Tractatu et colloquio Haganoiae Sereniss. Regi Ro. etc. tradita.

Die. XVII. Iunij. Anno. XL.

D

SERENISS. PRINCIPI AC DOmino Dom. FERDINANDO Romanorum Vngariæq; & Bohemiæ &c. Regi, Infanti Hispaniæ Archiduci Austriæ, Duci Burgũdiæ &c. Domino suo omnium Clemẽtissimo.



Erenissime ac Potentissime Rex, Princeps ac Domine Clemẽtissime, Posteaq̃ Regia Maiestas uestra clementer suo in me iure & autoritate iniũxit ac mãdauit mihi, ut sub Conscientia mea (quẽadmodũ & apud Deũ & apud Maiestatẽ uestrã confidã sustinere ac defendere) indicare studeã, quidnã in. 28. articulis Protestãtiũ Principũ ac statuũ Confessionis: Quã Augustæ in Comitijs Imperialibus Cæsareę Maiestati, omnium Clemẽtissimo Domino meo, ante annos. x exhibuerunt: sit à Catholica Ecclesia tolerandũ aut acceptandũ Siquo modo in ijsce articulis per amicũ tractatũ cũ eis cõcordari queat.

Quo

Quo Germanica Natio rursus ad pacē & unitatem in fide & uera religione reducatur. Super eiusmodi igitur piū et Christianū mandatū Regię Maiestatis V. sententiam meam, quā breuissime fieri poterit, obediēter indicabo, humillima cum prece, ut Regia Ma. V. non secus accipiat, atque ex intimo corde, absque omni affectione sinistra, summo cum desyderio pacis & unitatis (quemadmodum coram Deo omnipotente tum in extrema mortis hora tum in nouissimo Iudicij die cōfiteri intendo) id à me religiose fieri & fideliter.

De sancta Trinitate. Art. I.

IN hoc articulo nihil mihi displicet ex eorū Confessione.

De peccato Originali. Art. 2.

HIc concordauimus cum ipsis Augustæ in delectu, Cui sententię adhuc sto & acquiesco. Nempe, Peccatum originale esse carētiam Originalis iustitię, quę exigit fidem fiduciāque et timorē erga Deū Cōcupiscentiā quoque quę ex pctō originali nascitur in homine remanere culpam uero originalis peccati per baptismum tolli.

De duabus naturis in Christo. Art. 3

 In hoc

In hoc articulo itidem cum eis per omnia concordes sumus.

De iustitia fidei. Art. 4.

AVguste in delectu super hoc quoque articulo concordauimus, Nempe, ut nō doceatur, quod sola fides iustificet, sed quod omittatur hæc uocula, Sola. Quemadmodum & Cæsarea Maiestas una cum alijs Principibus & Statibus in Recessu Imperiali iudicarunt atque mandauerunt. Parit enim scandala in populo, & negligentes circa bona opera reddit homines. Quum igitur in scripturis nusquam dicatur, Sola fides iustificat, sed contradicat manifeste sua in Epistola S. Iacobus, & populus per hoc ad bona opera indeuotus ac piger redditus sit (sicut manifestum est) foret utique & commodius ad pacem, & magis ædificatorium ad piā uitæ conuersationē, hanc scandalosam de sola fide contentionem omittere (Quemadmodū S. Iacob. Augustinus, Cyprianus aliique sancti & fecerūt et suaserūt) & docere populū, ut non sola fide, sed etiam contritione, & dolore cordis, orisque confessione & operis satisfactione, peccata expiare, Deum placare & iustitiam adipisci studeat, atque deinceps à peccatis caueat, & non superbiat aut temere confidat de sola fide.

Iac. 1. Aug. de fide & operibus. Cypri. In sermo. de lapsis.

De

De ministerio uerbi et sacramẽ. Art. 5

DE hoc quoq; articulo concordia, in delectu facta est, quæ permanere & rata haberi potest. Nempe, q̃ remissio peccatorum fit per gratiã gratũ facientem & fidẽ formaliter. Et per uerbũ et Sacramẽta instrumẽtaliter.

De bonis operibus. Art. 6.

DE hoc quoq; concordatum est, iuxta tenorem concordiæ circa Quartum articulum. Est utiq; magis ædificatorium coram populo, docere, quod Deus bonis operibus det præmium, & reddat unicuiq; secundum opera eius, sicut scriptura multiphariam attestatur, q̃ clamare, quod sola fides ualeat coram Deo, opera Deus non curet. Quia clamor iste scandalosus est et falsus et manifeste contra scripturam Iac. 2.

Psal. 61. Matt. 16. Apoc. 2. Luth. In Capti. Babyl.

De Ecclesia. Art. 7.

De hoc quoq; concordatum est in delectu. Et proculdubio commodius est ad pacem, & ueritati conformius, docere ac tenere, quod sit unica uera Catholica Ecclesia per totum orbẽ terrarũ dilatata. Quẽadmodũ Dauid, Pauls Augustinus aliiq; sancti dicunt. In omnem terram exiuit sonus eorum. Quam q̃ nũc contendunt

Psal. 18. Ro. 10. Aug. contra Donatistas.

aliqui, quod sola pars Lutheri sit uera Generalis et Catholica Ecclesia, Nusquam .n. Luthero, sicut Petro dictum est Pasce oues meas. Et pars Lutheri nondum . xxx. est annorum, Ecclesia uero stetit iam M.D. annis. & permanebit usque ad consummationem seculi Matth. 28. & Ioh. 14. Aequius est igitur, ut pars Lutheri reconcilietur & coniungatur uniuersali Ecclesiae, quam ut tota & uniuersalis Ecclesia ad partem Lutheri accedat.

De malis ministris Ecclesiae. Art. 8

DE hoc quoque concordatum ibi fuit. Errauerunt namque Donatistae. Vuicleuistae & alij, qui dixerunt, quod sacerdos, peccato mortali obnoxius, non possit Ecclesiae ministerium aliquod facere aut sacramentum ullum administrare, Quam sane opinionem ipsi Lutherani quoque nunc male pretendunt ac urgent, Dicentes, quod Papistae (sic uocant nos Catholicos) nullum Dei cultum rite peragunt, sed meram abominationem & Idololatriam faciunt in Ecclesia. Hoc autem ad nullam deseruit pacem, nec est consonum ueritati.

Da Baptismo. Art. 9.

Iniqua rituum antiquorum reiectio.

HIc quoque concordatum est cum eis, aduersus Anabaptistas, At bonum esset & aequum, ut Lutherani hic iterum conformarent se nobis in antiquitus usitata baptizandi for-

di forma cũ oleo, Chrismate, sale, Exorcismo, alijsq; ritibus & Ceremonijs, quę semper, á temporibus usq; Apostolorũ (ut S. Dionysius testatur) obseruarę fuerunt. Hoc sane melius foret, q̃ q̃ absq; omni scriptura contẽptim & in despectũ Catholicę Ecclesię antiquos & laudabiles ritus rejciunt & abolent, atq; per hoc in schisma minime necessariũ se dedunt, & gratiã spiritus sancti in baptismo prępediunt.

De sacramento Eucharistæ. Art. 10

DE hoc quoq; articulo cõcordatũ est cũ eis, cõtra Zuinglianos & Anabaptistas. Nempe, q̃ realiter est ibi uerũ corpus & uerus sanguis Christi, non solũ signũ aut figura. Hic autẽ uehemẽter necessariũ esset tũ ad pacẽ tum ad salutẽ animarũ, ut protestãtes cõcordarent hic nobiscũ de Trãssubstãtiatiõe panis et uini, atq; etiã de cultu & ueneratione huius sacramẽti, tanq; eius, in quo substantialiter adest uerus Deus creator et redẽptor noster, iuxta antiquã et laudabilẽ Catholicę ecclesię cõsuetudinẽ. Prętcrea, ut hoc sacramẽto charitatis et unitatis nõ abuterẽtur ad discordiã et superuacuã cõtẽtionẽ Qua incipiũt nũc disputare, q̃ diu maneat corpꝰ Chri in hostijs (ut uocamus) cõsecratis, Unde in grauẽ incidũt errorẽ, q̃ consecratã hostiã, quę uel in Monstrantia circũfert, uel in Cibo-

Errores Protestãtium.

ſio pro infirmis reſeruatur, Idolum uocant, Et uinum conſecratum, quod eis poſt communionem remanet in calice, effundunt in terram uelut aquam.

De confeſſione. Art. 11.

Tria puncta de Cōfeſſione.

DE hoc articulo non fuit tunc concordatum, Poſtea uero protulerunt Proteſtantes in delectu ſententiam ſuam in ſcriptis, ſub tribus ſane punctis, Primo quod omitti non debeat Confeſſio, propter conſolatoriam abſolutionem. Deinde, ꝙ ex ea diſcamus ſublimē ac ſalutarem poteſtatem clauium, Tertio, ꝙ bonū ſit, populū aſſuefieri ad confeſſionē. In qua ſua accuſet peccata, quantū poſſibile eſt, & conſciētia per abſolutionē cōſoletur. Quod ſi hęc tria puncta ſerio acceptarent ac profiterētur, nō foret difficile in his cum eis concordare, Maxima quippe eorū querela eſt, ꝙ omnia peccata ſua cōfiteri debeāt ſacerdoti, quod impoſſibile eſſe dicunt. Nos autē neminē ad impoſſibilia cogimꝰ. Quēadmodū ipſi nobis imputāt, ſed petimus duntaxat, ut unuſquiſqꝫ omnia peccata ſua, quorum ſibi conſcius eſt confiteatur, et nullum ex humano pudore ſcienter reticeat, ut eo melius ſciat Confeſſor peccatori conſulere. Quiſquis enim non integram facit confeſſionem ſcienter, facit eam fraudulenter.

Enumerare omnia peccata.

Contra hoc aũt ſcriptura ait Hiere. 48. Maledi-
dictus, qui opus Domini facit fraudulenter.
Quicunq; aũt uere pœnitentiã habet, ac dolet
de peccatis ſuis, is ait cũ Dauide Pſal. 37. Quo-
niam iniquitatem meam annunciabo, & cogi-
tabo pro peccato meo.

De Pœnitentia. Arti. 12.

DE hoc quoq; articulo concordatum eſt in Delectu. De tribus partibus Pœnitentiæ, niſi quod ipſi alij utuntur uerbis. Nos autem uocamus Tres partes pœnitentię. Contritionem, Confeſſionem & ſatisfactionẽ, iuxta antiquum uſum ſanctorum patrum Cypriani, Ambroſij, Auguſtini &c. Ipſi uero nolunt hanc uocem ſatisfactio, licet ea uſi fuerint non ſolum ſancti patres, uerum etiam ſacra Cõcilia & quidem antiquiſſima. Quod ſi proterui hic eſſe nolint, poterit de hoc quoq; concordia fieri, Chriſtus enim non ob id pro peccatis noſtris ſatisfecit, ut nos pro eis nihil faciamus, ſed dedit nobis exemplum, ut ſequamur ipſum, tollentes crucem noſtram Matt. 16. et agentes pœnitentiam. Matth. 11. Lu. 13. Alioqui potuiſſet Corinthius ille peccator contra Paulum dicere. Noli mihi ullam iniungere pœnitentiam, quia Chriſtus pro me abũde ſatisfecit. At con- *Satisfactio.*

tra hoc est S. Paulus 2 Cor. 7. & Ro. 6. ubi ait: Sicut exhibuistis mēbra uestra seruire immundicię & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete ea nunc seruire iustitiæ in sanctificationē. Summa, non est contra Euangelium, pœnitentiam agere pro peccatis, licet pro eis satisfecerit Christus. Nam ipsemet serio mandauit pœnitentiā agere. In principio medioq; & fine Euangelij, Matth. 4. Luc. 13. & 24. Melius foret itaq; & ad concordiam conducibilius, ut sanctorum patrum antiquorumq; Conciliorum usum relinquamus inuiolatum, quā ut de hoc scandalose clametur, Christus Christus solus satisfecit. Nihil est cum satisfactiōe nostra &c. Quia populus fit per hoc indeuotus & piger ad bona opera.

De usu Sacramentorum. Art. 13.

Sacramentorū uirtus & Numerus.

DE hoc quoq; concordatum fuit in Delectu. Et foret utiq; melius, antiquam retinere doctrinam super hoc. Nempe, sacramenta nouæ legis multo efficaciora esse sacramentis ueteris legis. Nec esse illa tantummodo signa diuinæ uoluntatis erga nos, sicut nūc aliqui dicunt, uerum etiam efficacia uasa & instrumenta, per quæ gratiam Dei consequimur si non ponamus obicem. Quapropter inique docetur, ea non dare aut afferre gratiā ijs, qui

bene

bene utuntur eis & per seipsos obicem non ponunt. Tanquam fides sola cuncta faciat, Esset præterea ad pacem conducibilius, si sacramentorum numerus Septenarius integer esse sineretur, quā scandolose dicere, tantum Duo aut tria esse sacramenta. Talis enim haud necessaria nouitas nihil ædificationis in populis affert secum. Quemadmodum experimur quotidie.

DE ORDINATIONE Ministrorum Ecclesiæ. Articul. 14.

ARticulus iste in uerbis quidē suis reprehendendus non est, In sensu autem aduersatur nobis. Verba quippe sic habēt: Nemo debet in Ecclesia publice docere, aut sacramenta administrare, nisi rite uocatus. Hæc sane uerba bona sunt & recta, Protestantiū uero sensus & usus non est rectus. Ordinariam enim uocationem eripiunt Episcopis, & dant eam Laicis, Eligunt præterea Apostaticos quosdā Monachos, quibus prętensam tribuūt potestatē ordinandi presbyteros & Diaconos. Hoc aūt totū psumptuosa & friuola nouitas est, cōtra antiquū usum sctōrū patrū et Cōciliorum

Legitima uocatio.

rum,

rum. Atq; etiam contra sacram scripturam, & contra usum Christi & Apostolorum eius, Qui non Laicis, sed Episcopis huiusmodi ordinationem atq; uocationē cōmiserunt. Quapropter longe magis proficuum ad pacem foret, relinquere Episcopis antiquitus institutam & usitatam potestatē, quæ & in scripturis bonum habet fundamentū, quam quod Principes & Magistratus ciuitatum ordinariam uocationem, absq; scitu & uoluntate suorū Episcoporum (qui non gratis aut frustra uocantur Locorum Ordinarij) arrogant sibi ipsis, ac friuole præsumunt Pastores & Concionatores secundum libitum suum & instituere & destituere, dantq; uanam & nullam quibusdā potestatem Apostatis (qui nunq; sunt legitime in Episcopos ordinati) ordinādi presbyteros & Diaconos. Id q̄d antea in Ecclesia Catholica nunquam est auditum. Quum igitur iactitent, se nihil noui docere aut incipere, merito debēt à tali desistere nouitate, & aliennm sibi deinceps officium minime usurpare.

DE CEREMONIIS & ritibus Ecclesiæ. Art. 15.

HOC in articulo uellemus eis cito consentire, si ex fundamento scripturæ demonstrarent,

ſtrarent, noſtras Ceremonias & antiquos Ec-
cleſiæ ritus contra Euangeliũ eſſe, ſicut dicunt.
At adhuc diu non demonſtrabunt, quod lau-
dabilis & antiquus uſus conſecrandi aut bene
dicendi ſal, aquam, uinum, herbas, lumina, pla- *Ritus cõ-*
centas &c. (quæ ipſi contemptim pro mero *ſecrandi*
habent ludibrio) ſit contra Euangeliũ. Quan- *ſal, aquã.*
doquidem in eo nuſquam eſt prohibitus, & bo *&c.*
num habet fundamentum in Paulo 1. Tim. 4.
quod ſanctificetur per uerbum & orationem.
Similiter non eſt contra Euangelium, ſeruare
proceſſiones in Eccleſia, Item ſanctificatis ue-
ſtibus calicibus aliiſq; uaſis & ornatibus circa
Miſſam & diuina officia uti, accendere lumina
ria, thure fumigare &c. Idcirco eſſet ad pacem
& unitatem multo commodius, eiuſmodi ri-
tus & Ceremonias (quorum magna pars etiã
Apoſtolorũ temporibus in uſu fuit) ſicut Di-
ũus teſtatur Dionyſius) inuiolatas relinquere,
& eas ubicunq; abolitæ ſunt rurſus inſtaurare,
quam temere irridere ac friuole abolere. Dant
enim Ceremoniẹ populo bonas occaſiones ad
deuotionem cordis, ad timorem & honorem
Dei. Quemadmodum docet experientia. Per
hæc tamen nolim inutiles ac ſuperſtitioſas Ce
rimonias defendiſſe, ſed deſydero multo poti-
us, ut ubicunq; reperiuntur, confeſtim amo-
ueantur.

De Potestate sæculari. Art. 16.

HIC quoq; cum ipsis concordes sumus, contra errores Anabaptistarum & aliorum, qui putāt, nullam debere inter nos Christianos esse potestatem sæcularem. Quemadmodum & Lutherus ipse in quibusdam scriptis suis sentit. Hæc. n. sunt uerba eius in libello de potestate sæculari. Inter Christianos nec debet nec potest ulla esse superioritas, sed unusquisq; alteri æqualit subiectus est, sicut Paulus ait Ro. 12. Vnusquisq; alterum pro suo habeat superiore. Item. Inter Christianos gladius esse non potest. Idcirco non potes eo inter & super Christianos uti. Ex his & id genus alijs Lutheri dictis uerisimile est & rusticorum seditionē atq; tumultum & Anabaptistarum errorem ortum habere. Si igitur stabilis debeat erigi pax & concordia, summe necessarium erit, ut huiusmodi tam scandalosi libri Lutheri è uia tollantur.

Verba Luther. contra potest. seni.

De Extremo Iudicio. Art. 17.

DE hoc quoq; articulo concordatum fuit in Delectu. Interim uero pmultæ opiniones fatuæ pseudoprophetarū in Saxonia, præsertim circum Vuittenbergam, de Nouissimo die sunt in lucem prolatę. Quæ sane popu

ne populum uſq; adeo territū dubiumq; ac ſtupidum reddebant, ut plæriq; agricolarum neq; agros colere neq; ſeminare uoluerint, tanq; nouiſſimus dies præ foribus iam eſſet, ac certiſſime hoc uel illo die, hac uel illa hora, uenturus eſſet. Huic fatuitati cauſam præbuerunt nouæ ſectæ & Suermerorum uæſaniæ, quū unicuiq; liceat ac liberum eſſe permittatur, aduerſus antiquam Eccleſiam noui aliquid in medium proferre. Tametſi clariſſime in ſcriptura Matth. 24. & Act. 1. teſtetur Chriſtus ipſe, Tempus illud neminem certo ſcire, quod pater in poteſtate ſua ſibi reſeruauit.

De libero arbitrio. Art. 18.

DE hoc quoq; concordatū eſt in Delectu. At hic quoq; neceſſariū foret, ut erronei ac ſcandaloſi libri illorū Concionatorū, præſertim Lutheri & Philippi Melanchthonis contra liberum arbitrium euulgati, reuocarentur ab eis & abolerentur. In quibus ſane uehementi contentione docuerunt, hominem non habere lib. arbitrium, ſed Deum operari in nobis & bonum & malū, ipſumq; eſſe cauſam efficientem peccati in homine, ac omnia fieri ex abſoluta neceſſitate, ut aliter fieri nequeant. Quoniam homo nullam habeat arbitrij uoluntatiſue ſuæ libertatem, nec ſit in ipſo facere & non fa-

Luth. In aſſer. art. 35. Phil. in locis cōmunibus.

non facere, sed in Deo, qui uniuersa in homine operetur siue bona sint siue mala. Vnde adhuc multi homines errant ac dicunt, sic uult me habere Deus, sic & sic oportet me facere, aliter fieri non potest &c.

De causa peccati. Art. 19.

Errores Phi. Mel.

ET hic per omnia cõcordatũ est. At in cõtrariũ iacent nobis in uia, ad scandalizandam iuuentutem priores annotationes Philippi Mel. in Pauli ad Romanos epistolam. In quibus sane permultæ sunt propositiones, huic articulo contrariæ. Exempli gratia, quod ait. Certum esse, quod omnia à Deo fiant siue bona sint siue mala. Item, quod Deus non solum permittat creaturis ut operentur, sed quod ipsemet proprie omnia operetur in eis. Et sicut S. Pauli uocatio est proprium opus Dei, Ita & adulterium Dauidis, & sæuitia Manlij, immo & proditio Iudę scariothis fuerit proprium opus Dei &c. Quomodo autem debet stabilis constitui aut seruari in fide pax & concordia, ubi eiusmodi scripta & dogmata in populo, præsertim in iuuentute (quæ Philippo adhęret) manent, & non reuocantur nec abolẽtur?

DE FIDE ET BOnis operibus. Art. 20.

De

DE hoc articulo excitata est scandalosa, su peruacanea ac diuturna cōtentio in populo per Lutherum, quæ tamen facile tolli posset, si antiqua sententia nostra non pateretur calumniam, nec male intelligeretur ac interpretaretur. Etenim non dicimus nos, opera sine fide placere Deo, aut ex seipsis mereri, absq; charitate & gratia, remissionem peccatorum, cœlum aut uitam æternam, sed dicimus quod neq; sola fides, neq; sola opera, sed fides & opera simul Deo placeant, nobisq; ad uitam æternam meritoria sint, si per charitatem fiant. Sicut Paulus ait Gal. 5. Promisit. n. Deus eiusmodi operibus mercedē reddere Mat. 10. 19. 24 & 25. Luc. 19. Quod & testatur Paul. 2. Cor. 9. & 1. Tim. 6. &c. Nemo ꝑfecto negare potest, Deum esse iustum, Psal. 10. Si ergo mala opera pūnit sempiterno supplicio, exigit utiq; eius iustitia, ut bona opera remuneret sempiterno gaudio. Quemadmodum uerba Christi clare & aperte contestantur Matt. 25. & Ioh. 5. Ad hæc, quod Dei immensa bonitas & misericordia secundum seipsam magis propensa est ad remunerandum bonum quam ad puniēdum malum. Scriptum est enim Iac. 2. Misericordia superexaltat iudicium. Quapropter bene possent scandalosa contra merita bonorum operum scripta & dogmata ac prædicationes

Merces operibus promissa et debita.

concionatorum tolli ac aboleri.

Eiusmodi enim criminationes fiunt multo magis contra Dei gratiam, quæ est præcipua causa bonorum operum & eorum meriti po- *In Deum blasphæmia.* tius quam ipsa secundum se opera. Immo Deus ipse per hoc blasphæmatur. Ipse enim in nobis operatur non solum bona opera, sed etiam bonam uoluntatem, sicut ait Apostolus 2. Cor. 3. & Philipp. 2. Et propheta Osee 13. Idcirco non opus est, ut nos multum gloriemur aut præsumamus supbe de bonis operibus nostris. Nos enim ea non ex nobis met ipsis sed ex Deo habemus, sicut Paulus docet 1. Cor. 4. & Ro. 11. Atq; ita facile posset tolli ista de operibus contentio, si nos recte intelligere uellent aduersarij.

Thesaurizare super terram. Et multo sane melius foret, ut nos ex utraq; parte studeremus in charitate Christi & unitate fidei multa opera bona facere hic super terrã, ac uelut thesaurum hic comparare, quẽ postea in cœlis certissime inueniremus. Sicut docet nos Christus Matth. 6. & Apoc. 14. Mercedem uero bonorum operum relinqueremus potius indubitatæ promissioni & misericordiæ Domini Dei, quam ut pergamus inaniter multis hac de re disputare uerbis, & per hac bona opera omittere ac negligere, nosq; uelut infructuosas arbores coram Deo piorum uacuos operum constituere.

DE INTERCESSIONE & *Inuocatione sanctorũ. Art. 21.*

DE hoc quoq; articulo tractatũ est in Delectu, sed non plene concordatum. Admiserunt quidem nobis, quod omnes Angeli & sancti in cœlo coram Deo pro nobis intercedunt, & quod memorias et festa eorum, in quibus Deum rogamus, ut sanctorum intercessio nobis sit proficua, bene obseruare possumus. Sed nolunt sanctos inuocare, quando id scriptura non iubet. Dicebant tamen, se nemini prohibere, ne inuocet (neq; enim scriptura ulli hoc prohibuit.) At in facto longe aliud apud eos compertum inuenimus. Quandoquidem non solum inuocationem, sed etiam imagines & memorias & festa sanctorum abiecerunt, & nos eam ob rem Idololatras uocauerunt. Quoniam uero ea temeritas & nouitas multũ scandali in populo, & irrisionis apud sciolos semidoctos (uti manifestum est.) excitauit: Multo melius foret, huiusmodi contentionem, uelut superuacaneam, scandalosam ac nocuam abijcere, & unumquenq; nostrum sequi sanctorum salubrẽ doctrinam piamq; & sanctam conuersationem, ut & nos per eorum uestigia gradientes, æternã coronã assequi ualeamus.

Contumeliæ in sanctos Dei.

Sanctorũ cultus nõ est Idololatria. Non est enim aliquis propterea Idololatra, si quem sanctorum in cœlo ueneratur & inuocat, scriptura namq; sanctos non uocat Idola, sed filios Dei, fratres & cohæredes Christi. Imo & Deos, non quidem natura, sed gratia & participatione æternæ beatitudinis Psalm. 81. Quos pater ipse cœlestis honorat Iohan. 12. & eorum sanctitatem multis declarat miraculis. Quum igitur hæresis Vigilantij, ante M. & C. annos & a Diuo Hieronymo multis scripturæ testimonijs confutata, & ab Ecclesia Catholica reiecta & damnata fuerit, merito deberent Protestantes a tam antiquo errore abstinere, & cũ uniuersali potius Ecclesia sanctos unanimiter uenerari ac inuocare.

DE USU UTRIUS-que speciei Eucharistiæ. Art. 22.

Quibus conditionibus concordia fieri poßit. Circa hunc articulum non est plene concordatum in delectu. Ex hac sane ratione. Quia quum pacis amore uellemus eis utriusq; speciei usum permittere, petitum est ab eis, ut id fieret confessione præuia, quod ipsi acceptarunt. Et ut prædicatores eorum dicerent populo, non esse iniustum aut peccatum, sub una specie communicare, nec præceptum esse laicis sub utraq; specie communicare. Esse præ-

terea

terea sub qualibet specie totum Christū, Deum & hominem substantialiter, & siquis inter eos sub una specie communicare uelit, ut ei nō denegaretur. Deniq; ut speciem uini nusquam porrigerent nisi sub missa, & non portarent eam per plateas ad infirmos. Ad hæc responderunt illi post longam disceptationem ac declarationem, se non damnare eos, qui uel olim uel etiam nunc sub una specie communicauerint, nec reputare hoc eis in peccatum, sed nolle se, ut ipsorum prædicatores id populo prædicēt. Hinc itaq; apparet, magis proteruiam quandam quam necessitatem esse, propter hunc articulum se à Catholica separare Ecclesia. Quandoquidē ipsi met in Delectu confessi sunt, non esse peccatū, sub una spacie communicare. Iudicet ergo iam unusquisq; secundum conscientiam suam, an non sit multo melius & salubrius, extra missam sub una specie communicare, in unitate Ecclesiæ, secundum longam ac generaliter in plærisq; concilijs approbatam consuetudinem, quam sub utraq; specie Eucharistiam sumere in schismate & separatiōe ab uniuersali Ecclesia, contra antiquitus obseruatam consuetudinem Ecclesiæ, in rebellione contra utramq; potestatem, cum horrendo dedecore & abusu Venerabilissimi sacramenti, quod sacratissimum charitatis & unitatis signū esse

Iudicium Conscientiæ.

E 5 debet,

debet, ſicut Paulus docet 1. Cor. 10. & 11. Ab ipſis autem peſſimo abuſu uſurpatur in ſignum diſſidij & ſchiſmatis, atq; ita nõ aliter quam ad iudicium & æternam damnationem ſumi poteſt, extra Eccleſiæ communionem & Catholicam unitatem. Attamen ſi unus iſte articulus pacem & unitatem impediturus eſſet, mallem, eos in hoc relinqui diſpenſatiue proprio arbitrio pro ſubditis ſuis, ſub hoc ſane moderamine, ut uſum unius ſpeciei, quem Catholica tenet Eccleſia, non damnent, nec contra eũ prædicare aut ſcribere ſuis permittant, uſq; ad iudicium & ſententiam Concilij Generalis.

De Coniugio ſacerdotũ. Art. 23.

Status professæ continentiæ dimitti non debet.

DE hoc articulo non eſt concordatum in Delectu. Habent illi quidem grauem aduerſus nos obiectionem, quod tot presbyteri cũ impudicis (proh dolor) mulieribus ſeſe coinquinant, & caſtitatẽ non ſeruant. Attamen non debet ꝓpterea ſtatus celibatus & conſtitutæ caſtitatis damnari aut aboleri. Nemo enim ad eiuſmodi ſtatum ſuſcipiendum compellitur aut cogitur, ſed unuſquiſq; libera uoluntate in eum ſe dedit ac immittit, ſicut alius Matrimonij ſtatum ſuſcipit. Iam ſcimus omnes, non licere uxorato, coniugium ſuum relinquere

linquere & in alium ſtatum ſe conferre. Sic & Eccleſiaſtico presbytero aut Monacho non debet licere, ſtatum continentiæ relinquere, & matrimonium inire. Sicut enim maritus uouet uxori. Ita Eccleſiaſticus uouet Domino Deo. Si ergo ſtatus coniugij non tollitur propterea, quod multa in eo peccata & diuerſi generis mala & adulteria à malis perpetrantur, quia multi inueniuntur probi, qui matrimonium ſuum iuſte obſeruāt: Sic neq; ſtatus presbyteralis cœlibatus & continentiæ tolli debet propter malos, qui ſtatum ſuū per incontinentiā tranſgrediuntur ac defœdant, quia inueniuntur adhuc multi (Deo ſit laus) probi ſacerdotes Monachiq; ac Moniales, qui ſtatum ſuum illicito concubinatu non commaculant.

Quoniam uero apud nos Germanos admodum frequens eſt (proh dolor) ſcandaloſus presbyterorum in ſæculo concubinatus, præſertim apud plebanos in pagis, qui communiter cum ancillis rem domeſticam gubernare neceſſitate quadam coguntur, ubi ſtramen (ut dicitur) igni propinquum eſt, & leui caſu accendi poteſt: Libenter ab alijs audire uelim, atque etiam ſimul cum alijs pro mea ſimplicitate in commune conſultare, qua nam ratione huiuſmodi mala & ſcandala queant auerti. Res profecto magni eſt momenti & *Cōſultandū ſuper ſcandalo concubinatus.*

magna ac matura indiget deliberatione. Nam tam dedecorosa licentia carnalisque libertas, quę nunc à multis Apostaticis presbyteris, Monachisque ac Monialibus leuissime ac impudentissime in prætenso ipsorum matrimonio attentatur & comperitur, antea nunquam audita aut comperta fuit. Quapropter indiget articulus iste graui & matura consultatione. Ego autem uelut omnium minimus, agnosco me longe imparem ad iudicandum de hac re. Sunt quidem in Delectu nonnulla proposita media, sed uxoratis Apostatis non sunt uisa tolerabilia. Idcirco indigeret articulus iste speciali tractatu, qui hic nimis longus foret.

DE MISSA. Art. 24.

HOC in articulo bene concordare nobiscum possent Protestantes, si nos audire ac recte intelligere uellent, & Apostatarum proteruia tam magna ac ferox non esset. Eorum enim causæ contra Missæ sacrificium admodum leues sunt. E quibus hæ duæ sunt precipuę. Prima, quia Paulus ait Heb. 10. Christus semel oblatus est. Secunda, quia multi presbyteri propter nummos missas celebrant. Ad primā causam responsum est in Delectu, Christum tripliciter oblatum esse. Primo Typice & figuraliter in agno Paschali. Deinde Corporaliter

Leues cōtra Missam.

Triplex oblatio Christi.

taliter per cruciatum in cruce uelut hostiā cruentam. Tertio spiritualiter in mysterio, honorifice & sine omni cruciatu & sanguinis effusione, in honorem et memoriam corporalis et cruentę illius uictimæ, quæ in cruce pro nobis oblata fuit. Quemadmodū Christus ipse, & post eum Paulus Apostolus eius, nobis claris uerbis præceperunt, ut hoc faciamus in ipsius cōmemorationē, annunciantes mortem eius donec ueniat. Et hanc Missæ oblationē uocamus Sacrificium Mysteriale, & Repręsentatiuum, uictimamq; incruentam, Contra quā sane nullam possunt Protestantes iustam aut rationabilem causam prętendere aut proferre. Cumq; in Delectu interrogarētur. Cur nam omitterent in Missa sacrum Canonem, reddebant de hoc rationes Tres, sed leues pueriles ac omnino friuolas, Primo, quia in peccatum mortale reputamus, Canonem omisisse. Secundo, quia Canon plærumq; oblationis & sacrificij mentionem facit. Tertio, quia in Canone sanctos inuocamus. Ad has eorum rationes breuiter respōsum est. Quāuis reuera graue sit peccatū mortale, omittere Canonem in Missa, de hoc tamē Canon ipse nihil dicit. Quod autem de sacrificio loquitur, hoc de mystica oblatione, quam nos Mysteriale, Repręsentatiuū seu Rememoratiuum & incruentum uocamus sacrificium, intelligi

Tres friuolæ Causæ contra Canonem Missæ.

intelligitur. Ad tertiam denicꝫ dictum est, licet iniquum non sit inuocare sanctos, non inuocātur tamen in Canone. Nullam igitur iustā habent aduersus Canonē rationem, sed mera est proteruia atcꝫ temeritas, ꝙ Canonem omittūt & reijciunt. Quod autem auaricia apud non nullos presbyteros huic se immiscet sacrificio, abusus est, at propter eum non debet Missa, bonum & sanctum opus, aboleri. Quemadmodū non aboletur Matrimonium, licet plæricꝫ propter diuitias uxorem ducant. Quādo igitur iā

Dira in sacerdotes Calūnia.

Laici aliqui probrose ac odiose dicunt, Missarios sacerdotes uendere Dominū Deū nostrū uno Grosso aut Batzio, essecꝫ proinde ipso peiores Iuda, qui Christum Dominum non uno, sed Triginta Grossis uendiderit: Hæc profecto grauis est iniuria inuidiosacꝫ calumnia aduersus pauperes sacerdotes, quibus Paulus claris uerbis permittit, ut de altario uiuant ij qui altario deseruiunt. 1. Cor. 9. Et Christus ipse ait, ꝙ dignus sit operarius cibo & mercede sua.

Missæ priuatæ.

Quapropter non sunt abolendæ Altarium fundationes & Missæ priuatæ, quia non est iniquum, eos de altari uiuere, qui altari seruiunt. Fiunt præterea multę hinc inde in Monasterijs & in Canonicorum Collegijs Missæ priuatæ, ex mera deuotionis pietate, non propter pręsentias aut pecunias ullas. Idcirco non ipsæ

Missæ,

Missæ, sed duntaxat abusus aboleri debent.

De Confessione. Art. 25.

DE hoc articulo dictum est supra. Et super hoc uno præcipue consistit contentio. An teneatur homo omnia confiteri peccata, de quibus ipse sibi conscius est, et nullum scienter obticere in cōfessione. Ad hoc responsum est Augustæ in publica Confutatione aduersus illorum Confessionem, Ex Diuo Hieronymo in hæc uerba. Siquem serpens Diabolus occulte momordent, & nullo cōscio eum peccati ueneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus suum fratri & Magistro uoluerit confiteri, Magister, qui linguam habet ad curandū, ei facile prodesse nō poterit. Si enim erubescat ægrotus uulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. *Omnia peccata confiteri.*

De Discrimine Ciborum. Art. 26.

QVum peterēt nostri in Delectu, ut Protestantes uelint se uniuersali conformare Ecclesiæ, in discrimine & ciborum

& temporum, In ieiunijs & festis diebus, in processionibus & in alijs Ecclesiae Ceremonijs & consuetudinibus: Illi responsum suum in scriptis obtulerunt in hanc sane sententiam. Primum, quod Ecclesiae uniuersalis Ceremonias libenter nobiscum uelint, pacis & unitatis gratia, conformiter obseruare. Dummodo ex eis non fiat uel grauamen conscientiarum uel necessarius Dei cultus. Secundo, quod nolint publice admittere esum carnium in sextis ferijs & in sabbatis. Item in ieiunijs Quatuor temporum, & in uigilijs Natiuitatis Christi, Pentecostes &c. Verum Quadragesimale ieiunium dicebant nimis longum esse. Ideo diuidi debere. Tertio, quod etiam communia festa obseruare uelint, quo populus permaneret in consuetudine audiendi uerbum Dei. Quarto, quod etiam consuetas cantationes, lectionesq; & diuina officia in diebus festis celebrare uelint. Quinto, quod etiam consuetas processiones & Letanias in Diebus Rogationum (ut uocantur) uelint obseruare, ut per eas populus ad cultum Dei adhortaretur.

Quinq; puncta de Ceremonijs, festisq; & ieiunijs.

Quod si serio ita sentirent circa haec Quinq; puncta, bona nimirum forent haec ad unitatem praeparatio, ad inuenienda media, quibus se nobiscum & cum uniuersali Ecclesia plene conformarent.

De

De uotis Monasticis. Art. 27.

DE hoc articulo admodũ grauiter & copiose per multas scripturas & per exempla sanctorum patrum, in publica Cõfutatione responsum est. Sed et in Delectu sunt de hoc egregia quædam puncta in scriptis proposita, cum petitione hac, ut ab illis acceptarẽtur. Ad quæ illi responderunt. Primo, ꝙ Monachis & Monialibus, quotquot adhuc manẽt apud eos in Monasterijs suis, liberum esse debeat usq; ad futurum Conciliũ, siue manere siue exire uelint. Secundo, ꝙ eiusmodi personę Monasticę non debeant impediri aut inquietari in sua cõuersatione & in suis uestibus & Ceremonijs. Tertio, ꝙ eas uelint ab omni ui & uiolentia, quãtũ possibile sit, tueri ac protegere. Quo modo aũt hęc interim ab eis obseruata sint, publice manifestũ est. Vnde uereor, illos magis attẽdere ad bona tẽporalia ꝙ̃ ad fidẽ & religionẽ eiusmodi personarũ. Nos autẽ pręterire ac trãsuolare, nõ possimus, sed tenemur uota manu tenere. Quẽdoquidẽ uerbũ Dei tot in locis scripturę (quẽadmodũ Cęsarea indicat Confutatio) tã seuere pręcipit, ut uota Deo emissa reddantur & obseruẽtur, Nã & ipsimet Protestantes, in Apologia sua dicunt, Licita uota seruari debere.

Tria puncta de Monasticis personis.

Iniquitas Protestãtium.

debere. Sciunt præterea, quod nemo debet alios bonis suis spoliare & exuere, sciunt item, quod peccatum nõ dimittitur, nisi ablatum restituatur, sciunt deniq; uerbum Dei, quod scriptum habetur Leuitici. 27. Quicquid Domino Deo semel dedicatum atq; consecratum est, quod in alios usus conuerti non debet, sed Deo sanctum iugiter permaneat. Quod si auaricia & iniquus Mammon eos non obsessos & omnino excæcatos tenet, esset cum ipsis de hoc quoq; articulo super tolerabilibus medijs tractandum.

Mãmon.

De potestate Episcopali. Art. 28.

Episcoporum potestas & iurisdictio efficaciter est in Confutatione ex sacris literis demonstrata. Sed & ipsorum Confessio affirmat, quod utraq; potestas, Ecclesiastica & sæcularis debeat propter mandatum Dei religiose uenerari ac honore affici, tanq; summa Dei beneficia in terris.

Quatuor puncta de Episcoporum potestate.

Præterea in Delectu proposuerunt hac de re scriptum quoddam ipsi Protestantes, in quo sic statuebant. Primo, ut Episcoporum regimen & potestas manu teneri debeat, nolitn tamen per hoc Episcoporum abusus & negligentias iustificasse. Secundo, quod uelint procurare ut Episcopis debita exhibeatur obædientia, atq; ut

atq; ut ipsorum pastores & prædicatores ordinarijs suis Episcopis præsententur, ut Episcopi eorum excessus corripere ualeant. Tertio, ut Ecclesiastica iurisdictio in Ecclesiasticis causis non impediatur. Quarto, ut Episcoporum excommunicatio in causis Ecclesiasticæ iurisdictionis non impediatur, si secundum dictamen sacræ scripturæ exerceatur. Quomodo autem hæc omnia intermedio tépore huc usq; obseruauerint, in luce est palam omnibus, si aût serio ita sentirent, sicut uerba supradicta sonât, sperãdũ sane foret, ut super hoc q̃q; articulo possint pax et cõcordia p licita media cõpari ac erigi.

CONCLVSIO.

HAEc est serenissime ac Potẽtissimẽ Rex, Clemẽtissime Domine, simplex mea deliberatio super. 28. articulis Protestantiũ Confessionis, in hãc breuẽ redacta summã. Quam equidẽ Regiæ Maiestatis uestræ sublimissimo et intellectui & iudicio prorsus per omnia subiectã esse uolo & reseruatã. Nolo prẽterea ignorare Maiest. V. q̃ adhuc alij permulti sunt articuli, aduersus Catholicæ Ecclesiæ doctrinam & ordinationem, per Lutherum aliosq; id genus suæ sectæ Concionatores, publicis scriptis in populos, longe lateq; in sacro Romano Imperio euulgati & in lucem æditi, *Multo plures articuli contra Ecclesiam, qui in Confessione non tangũtur.*

qui in

qui in ipsorum confessione neq; contenti neq; commemorati sunt, sine quorum sane determinatione et conformatione nulla stabilis pax et Christiana unitas poterit concludi aut erigi. Vbi igitur Regia Maiesta. V. petierit illos uidere aut scire, haud grauatim aliquos eorum & quidem bono in numero, indicabo, sine his enim ueram et perfectam unitatem concludere non poterimus.

E. Reg. Maiestatis uestræ.

Deuotiss. sacellanus.

Iohannes Cochlæus. Canonicus Vratislauiensis.

SPECTABILIBVS AC PRVdentia & grauitate insignibus uiris, Magistratibus et Senatui Inclytæ Ciuitatis Nurenbergensis, Dominis et Patronis suis Io. Cochlæus de Vuendelstein S. P. D.



Aud ignoro, Viri Amplissimi ac Domini mei obseruandissimi, fuisse quosdam hodieq; esse aliquos in præclara Republica uestra, qui amarulentis et uerbis et scriptis me prosciderunt, tanq; Euangelio male aduersantem, ac pacem publicam perturbantem, uestrisq; proinde in me beneficijs malam gratiam referentem. Ego autē, etsi nullius mihi conscius sum culpæ aut commissi uel in Amplissimum ordinem uestrum uel in Rempub. uestram, aut in ullum ē populo uestro, aut deniq; in quemq; ex uniuersis subditis uestris: malui tamen hactenus, ob reuerentiam & honorem nominis & ordinis uestri, huiusmodi probra & conuicia, quantumuis acerba

 uis acerba

uis acerba & calumniosa, tacite dissimulare ac patienter deuorare, quam ulli ex uestris nominatim respondere, Ne ulla occasione praeclarum Reipub. & Ciuitatis uestrae nōmen miserandis & in auspicatis de fide & religione nostra contentionibus & discordijs, quae nos tot iam annis misere affligunt, admiscerem. Vt intelligatis igitur me à pace & concordia uera ac stabili nequaquam abhorrere, uisum est mihi nomini uestro nuncupare .vij. uias praeparatorias ad ueram per colloquium concordiam constituendam, Quas communi Theologorum Catholicorum, qui Vuormaciae erant ante trienium, nomine scripsi. E quibus facile intelliget unusquisque, non posse stabilem in religione concordiam sanciri apud nos Germanos, nisi amoueantur prius ea impedimenta, quae per has .vij. uias commemoraui. Poterit profecto testis mihi esse, si opus aut operae precium foret, Egregius & optimae Indolis atque patricij ordinis Ciuis uester, Erasmus Ebner, quod casu incidens Vuormaciae in conspectum & colloquium perbreue Magistri Philippi Melanchthonis; testatus aperte fuerim, me Quintam Philippicam meam aediturum non fuisse tunc, si praesciuissem illud super religionis concordia colloquium

Vuor-

Vuormaciense à Caes. Maiestate indictum iri.
Necq ignorat ipse Philippus, si uerum uult fateri, me propter spem concordiae procurasse, ut ea Phillippica necq tunc Vuormaciae necq paulo post Ratisponae uenalis extiterit, ne uiderer per eam ulla concordiae media aut consilia turbare. Quin imo, cum Alesius Scotus in me publice inuectus, scripsisset me in Lutherum eiusq doctrinam meras ad Regem Scotiae scripsisse calumnias. Respondi ingenue. Vtinam uerum hic diceret Alesius, Probrum enim & dedecus istud libentissime ferre uelim, etiam cum perpetua nominis mei infamia, si possint per hoc tot rerum corporumq & animarum damna, quae Lutherus per suam doctrinam patriae nostrae Germaniae intulit, resarciri aut recuperari uel in Milesima sui parte. Est autem (proh dolor) nimis euidens dictorum meorum probatio in tot destructis ac desolatis templis & Monasterijs, in tot diffidijs populorum, atq (ut breuissime dicam) in plusquam Centum Milibus Lutherizantiũ agricolarum, propter seditiones iuste interfectorum, qui Lutheri ipsius iudicio ęterna morte perierunt. Tam preciosa autẽ est mihi uel una

anima,ut pro ea redimenda haud grauatim nominis iacturam facturus essem, Quid igitur nō facerem pro tot Milibus? Hæc ibi. Ex quibus non obscure intelligi potest,me longe minorem habere curam nominis aut famæ propriæ, quã pacis & concordiæ redintegrandæ, in primis uero & maxime salutis animarū, quas per discordias & schismata sectarum in æternum perire arbitror ac minime dubito, nisi ad Ecclesiæ unitatem reuertantur anteq̃ ex hoc nugrent sæculo. Quandoquidem & ipsi Aduersarij nostri fatentur, extra Ecclesiæ unitatē nullam sperandam esse salutem. Nimis igitur crudeles mihi uidentur ij, qui tam pertinaciter nouas (quæ ante. xxx. annos non fuerunt) in religione sectas, contra tot Milium animarum salutem, propter uanam nominis sui gloriam defendunt, & omni studio præcauent, ne opinionibus nouis omissis aut sublatis, ad Ecclesiæ unitatem & communem Christianorum antiquorum fidem & religionem reuertantur. Deus Opt. Max. in cuius manu corda sunt omnium, conuertat sensus & corda omnium nostrum ad pacem et ad ueram in fide et religione concordiam, quæ non nisi in Catholica reperitur Ecclesia, Certo enim experimento iam ultra. xx. annos cognouimus, extra Ecclesiæ unitatem nusq̃ esse ueram ac stabilem in sectis

concodiā

concordiam, quandoquidem una peperit aliã, quæ inter sese amarissimis contentionibus di≠gladiatæ sunt. Hęc uobis, Prudentissimi uiri, de uote insinuo, ut intelligatis, quæ mihi sit causa contradicendi nouarum sectarum inuentori≠bus & propugnatoribus, qui æterno cum pe≠riculo animarum quæ sua, non quæ Iesu Chri≠sti sunt, quærunt.

SEPTEM VIAE PRAEPARATORIAE

ad ineundam per colloquiũ Concordiam, Vuormatiæ ad Præsidentes Colloquij scriptæ.

VIA PRIMA PRAE

paratoria ad futurã in Religione et fide Concordiã. De Duabus Confessionibus, una Principum, altera Quatuor Ciuitatum, Ad Præsidentes Colloquij.

REuerendi ac Magnifici Domini, Clarissimi atq; Doctissimi uiri, Cum nō ignoremus, quantum sit ac merito esse debeat pacis & unitatis in fide & religione Christi desyderium, tum uniuersis Christi fidelibus quibus & fraterna charitas et salus animarum curę est. Tum uero præcipue Cæsareæ Regięq; Maiestatibus cæterisq; sacri Ro. Imperij Principibus ac statibus: qui multis iam annis experti sunt, quantum impedimenti ad res benè gerendas, cōtra externos hostes, maxime cōtra Turcas, infensissimos illos & truculentissimos Ro. Imperij nominisq; Christiani persecutores & inimicos, attulerit hęc recens introducta et inauspicato disseminata inter nos in fide & religione discordia: nostri non dubitamus esse officij, tum pro debita et erga Deum pietate et erga proximū charitate, tū etiā ex iniūcta nobis à Reuerend. et Illustriss. Principibus Dominisq; nostris Clementissimis legationis necessitate, omni conari studio, nec ulli parcere labori, ad quęrenda aut ab alijs quęsita & inuenta libenter amplexāda bona et iusta media redintegrandę ac firmiter stabilendę inter nos Germanos in fide & religione concordiæ. Ne simus aut esse uideamur ex eorum numero, de quibus loquitur & queritur psalmista, dicens, Viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum, Sed audiamus potius ac deuote

Hortamēta pacis et concordiæ.

Psal. 13.

ſequamur diuinæ pietatis conſilia, atq; cæle-
ſtis oraculi ad pacem & unitatem monita, Vt
unanimes habitemus in domo Dei cum con-
ſenſu, quia idem Pſalmiſta ait, Deus qui habita
re facit unius moris in domo. Item, Ecce q̃ bo Pſal. 67.
num & q̃ iũcundum, habitare fratres in unũ, & 132.
Et ſaluator ipſe ac Dominus noſter, Ieſus Chri
ſtus, nihil unq̃ ardentius rogauit pro ſuis fide Ioh. 17.
delibus patrem ſuum q̃ ut ſint unum, ſicut ip-
ſi unum ſunt, ſuiſq; dixit diſcipulis, hoc eſt pr̨
ceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ. Sic & apoſtolus
eius Paulus nihil ſollicitius in oib9 ferme ſuis
epiſtolis admonet atq; inculcat niſi hoc ipſũ, Ephe. 4.
ut ſimus ſolliciti ſeruare unitatẽ ſpũs; in uincu 1. Cor. 1.
lo pacis, ut uno ore eodẽq; ſenſu glorificemus
Deũ, & nõ ſint inter nos ſchiſmata, ſed idipſũ
dicamus omnes. Quẽadmodũ fœliciſſime age
bant primi Chriſtiani, De quibus ſcriptum eſt
(nobis utiq; in doctrinã & exemplum, ut eo-
rũ ſequamur ueſtiga) Multitudinis autẽ credẽ- Act. 4.
tiũ erat cor unũ et anima una. Hæc ſemel præ
fari et ante omnia proteſtari uiſum eſt nobis, ut
intelligatis, nos paratiſſimos eſſe ad omnia &
facienda & ferenda, quęcunq; ad pacem & uni
tatem reſarciendam conducere poterunt.

In primis igitur, ut eo certius poſſimus ui
am pacis & unitatis quærere atq; per Dei gra-
tiam inuenire, neceſſarium nobis uidetur,

 ut ij, qui

ut ij, qui sunt ex parte aduersa, doceant, promittant atq; testentur, se uno ore eodēq; sensu omnes unanimiter (sicut nos utiq; uno eodemq; animo ac sensu antiquam Catholicæ Ecclesiæ fidem sequimur, tenemus ac defendere, Deo bene iuuante, intendimus) super Confessione & Apologia Protestantium Principum ac statuū quas Augustæ in celebri Conuentu Imperali, Cæsareæ Maiestati exhibuerunt, per amicum & Christianum Colloquium, iuxta nouissimū Hagenoiæ decretum Recessum Mandatumq; Imperiale, nobiscum acturos esse. Nequis uero suspicetur, nos frustra & sine causa aut maliciose (quod absit) id petere, mox à principio iustas afferimus huius nostræ petitionis rationes.

Cōfeßio Quatuor Ciuitatū.

Etenim scimus, Augustæ præter Confessionem, de qua nunc agendum est, aliam quoque Confessionem, à quibusdam Ciuitatibus Imperialibus, Cæsareæ Maiestati publice oblatā & exhibitam fuisse. De qua nobis mens earundem Ciuitatum, qualis hodie sit, non constat. Si ergo eam eiusdem dixerint esse fidei & sententiæ, cuius est Confessio Principum, frustra & superuacanee exhibitam Cæsari fuisse fatebuntur, quia facilius Principum Confessioni subscripsissent, sicut subscripserunt tunc Nu-

renbergenses

renbergenses & Reutlingenses, si autem in qui-
busdam articulis ab illa discordat (sicut nos ex
istimamus) ipsorum Confessio, necessarium e-
rit, ut si nobiscum de Principum Confessione
agere uolunt, suam prius reuocent, ac publice
confiteantur, se suæ non amplius adhærere.
Alioqui certa cum ipsis concordia per hoc Col
loquium constitui non poterit.

Deinde, Neminem latere arbitramur, earun
dem Ciuitatum Concionatores (de quibus ip-
sarum Confessio plærumq; mentionem facit)
longe aliter de Venerabili sacramento Eucha-
ristiæ atq; de Missa scripsisse, docuisse, prędicas
se atq; etiam publice disputasse & ante & post
habitum Augustæ Conuentum Imperialem,
q̃ docet ac tenet Principum Confessio. Si
ergo debeant hic ex animo & sine fraude ac si-
mulatione nobiscum per Colloquium super
Principum Confessione agere, oportebit eos
utiq; prius omnia manifeste reuocare, quę Prin
cipum Confessioni sunt contraria, si certa cum
ipsis concordia constitui debeat. Non enim fir
ma aut stabilis potest esse concordia, ubi con-
trarietas remanet in sententia, fide & doctrina.
Petimus igitur & obnixe rogamus, ut Reue-
rend. & Magnificę Dominationes uestræ ante
omnia hanc nostram petitionẽ, tanq̃ æquam,
iustam, rationabilemq; & necessariam quoq;,

Concionatorum discordia.

parti aduersæ proponant, certamq; ab ipsis responsionem super ijs exigant, antequam ad ulteriora procedatur.

VIA II. DE SCRIptis Concionatorum, Confeßioni Principum contrarijs.

Scripta concionatorũ Confeßioni contraria

Reuerendi ac Magnifici Domini, Clarissimi atq; Doctissimi uiri. Etsi concordiæ auidissimi sumus, necessariũ tamen uidetur nobis, quo stabilior ac plenior atq; syncerior futura sit cõcordia, eo diligẽtius remouenda esse omnia, quæ cõcordiæ firmitatẽ synceritatemq; impedire uidentur, antequã ad principalem super singulis articulis tractatum perueniatur. Cum igitur sciamus, Protestantiũ Principum ac statuum Concionatores, in plærisq; scriptis suis, quæ in publicum euulgauerunt, longe aliter sensisse ac docuisse quam habet eorum Confessio & Apologia. Cæs. Maiest. Augustæ oblata & exhibita: Necessarium nobis fore uidetur, ut prius quam agamus cũ parte aduersa super singulis articulis, ab eis requiramus atq; interrogemus, quidnam de cæteris scriptis suis, in publicum æditis, quæ in quibusdam articulis, suorum Principum Confessioni

& Apologiæ cõtrariantur aut manifeste contradicunt, sentiendum sit. Si enim talia eorum scripta uolunt haberi salua & integra, Confessio Principum in ijs articulis, quibus Concionatorum scripta repugnant, salua esse nõ poterit, quia contraria aut contradictoria simul stare non possunt, Aequum est igitur, atque etiam necessarium, ut prius inter sese concordiam statuant, antequam nobiscum de concordia tractent. Vbi enim sententiarum aut opinionum pugnantia est, concordia firma esse nõ potest.

Ne quis uero dicat, aliam esse causam Principum, aliam Concionatorum, & nos aliena hic obijcere, aut ista subterfugij causa extra propositum interserere. Ipsa eorum Confessio facile respondet nosque excusat. Quia sic habet in prologo suo. Offerimus (inquiunt) in hac religionis causa nostrorum Concionatorum & nostram Confessionem, cuiusmodi doctrinam ex scripturis sanctis & puro uerbo Dei, hactenus illi in nostris terris, Ducatibus, Ditionibus, & Vrbibus tradiderint, ac in Ecclesijs tractauerint.

Ex his sane uerbis manifestum est, Cõfessionem illam non minus ad Cõcionatores quam ad Principes spectare, immo magis ad Cõcionatores quã ad Principes, tũ q̃a Concionatorũ nomen ibi p̃ponitur, & nemo nõ scit, Cõfessionem

nem ipsam à Concionatoribus potius quam à Principibus compositam & scriptã esse. Quinimo Philippus Melanchthon, qui proculdubio Confessionis scriptæ præcipuus fuit Architectus, in Apologiæ Prologo se palam profitetur autorem, sic enim ait. Quanquam autem initio Apologiam instituimus communicato cum alijs consilio, tamen ego inter excudendũ quædam adieci. Quare meum nomen profiteor, ne quis queri possit, sine certo autore librum editum esse. hæc ille.

Philipp. Melanch.

Quamuis uero permulti ac uarij sint diuersorum per Germanias Concionatorum eorũ libri atque sermones, in lucem publice traditi ac euulgati. Quos nominatim recẽsere omnes, nimis longũ foret, perlegere uero et articulatim pensitare discutere atque examinare, longissimũ, ac propemodum infiniti temporis, immensique laboris.

Nos tamen hic, ut temporis negocijque rationem habeamus, Duorum tantummodo ex his scripta, non omnia sane sed aliqua dumtaxat, breuitatis gratia obijciemus, ne data opa in longum extrahere uideamur negocium. Et ne quis existimet, non necessariam esse hanc nostram obiectionem, arbitramur nemini uestrũ ignotum esse, quantæ sint, apud Principes & Populos Protestantium, autoritatis & existimationis

mationis hi duo pcipue Lutherus & Melanchthon. Quorum scripta quædam, Principum & Concionatorum partis suæ Cõfessioni contraria, hic uobis, antequam ad principale procedatur negocium, breuiter commemoranda esse, utile ac necessarium fore putamus, obnixe rogantes, ut Reuerend. ac Magnificę Dominationes uestræ æquanimiter ferant hanc necessariam præmonitionē nostram. Nam sine eius discussione neutiquam firma aut certa poterit de doctrina fidei inter nos, atq; etiam inter ipsos adinuicem, concordia & unitas constitui.

CONTRARIETAS Circa Articulum 1.

ECclesiæ magno consensu apud nos docent. Decretum Nicenæ Synodi, de unitate essentiæ diuinæ & de tribus personis uerum & sine ulla dubitatione credendum esse. *Confeßio*

Nec est, quod mihi Homousion illud obiectes, aduersus Arrianos receptum. Non fuit receptum à multis, ĳsq; preclarissimis. Quod & Hieronymus optauit aboleri, adeoq; non effugerunt periculum hoc inuento uocabulo, ut Hieron. queratur, nescire se, quid ueneni lateat in syllabis & literis. *Lutherus cõtra Iac. Latomũ.*

In Synodo Nicena constitutæ sunt quædā pœniten- *Philip. in*

firmat, dum falso excusat Lutherum, & ait. Semper ita scripsit Lutherus, quod baptismus tollit reatum peccati Originalis, etiamsi materiale (ut isti uocant) peccati maneat, uidelicet concupiscentia. At manifeste constat ex allegatis hic Lutheri uerbis, quod falso excusat eum Philippus. Vult enim Lutherus, quod in puero baptizato remaneat uere peccatũ, quod sit culpa uere & reatus, quo impediatur anima ab ingressu cœli. Et Philippus quoq; tollit differentiam inter Originale & Actuale peccatum. Ambo præterea in alijs quoq; scriptis suis, ab ista Confessionis & Apologiæ de peccato Originali sententia uariant ac diuersa scribunt, quę commemorare omnia longum foret, præsertim ex Postilla Lutheri & ex diuersis Annotationibus Philippi.

CONTRARIE-tas Circa Articul. 3.

Confeßio

VErbum, hoc est, filius Dei, assumpsit humanam naturam, in utero beatæ Mariæ uirginis, ut sint Duę naturę, diuina et humana, in unitate personæ inseparabiliter coniũctæ, unus Christus, uere Deus & uere homo.

Luth. ad Vualden-

His ceremonijs, hoc genere adorationis, omnia templa, Monasteria, breuiter omnes anguli pleni

pleni sunt,& totus cultus Papistici regni, nihil aliud fuit quã assidua subsannatio sub hac uoce. Aue rex Iudæorum. Potissimum uero sic ridetur Christus & Deus festo Pascatos & Corporis Christi in omnibus missis, ut uocant, in pompa & Processione,ubi in auro & argento circumfertur Eucharistia. Et infra. Quamobrem dicimus nunc, illos non esse damnandos, nec hæresis accusandos, qui sacramẽtum non adorant,cum non sit præceptum,nec Christus in hoc ibi adsit, sed tamẽ ubiq; uides illam adorationem sacramenti non esse sine periculo,ubi fides & uerbum non exercetur. Quare tutius forsitan fuerit, cum Apostolis non adorare, quã pro more illo uulgi adorare. Et infra. Sophistis uaniloquis cura est,quomodo totã diuinitatem in sacramento incantent. *De adoratione Eucharistiæ.*

Tertia eademq; summa causa pauoris Christi erat, sensus quidam desertionis & iræ diuinæ,qua fluctuabat Christus inter infernum & uitam. In hoc pauore facta est despoliatio donorum in Christo,ut iam non concludat argumentũ de Charitate,quod ubi sit perfecta charitas,ibi non sit timor. In hac enim afflictione & angustia despoliatio quædam charitatis facta est. In Christo igitur subtrahente se diuinitate,non flagrauit charitas. Et alibi,facit & patris & Christi mentionem Apostolus,ut signi- *Philip. in Annotationibus in Matth.* *In Annotatione. 1. Cor. 1.*

G ficet,

firmat, dum falso excusat Lutherum, & ait. Semper ita scripsit Lutherus, quod baptismus tollit reatum peccati Originalis, etiamsi materiale (ut isti uocant) peccati maneat, uidelicet concupiscentia. At manifeste constat ex allegatis hic Lutheri uerbis, quod falso excusat eum Philippus. Vult enim Lutherus, quod in puero baptizato remaneat uere peccatũ, quod sit culpa uere & reatus, quo impediatur anima ab ingressu cœli. Et Phillippus quocꝫ tollit differentiam inter Originale & Actuale peccatum. Ambo præterea in aliĳs quocꝫ scriptis suis, ab ista Confessionis & Apologiæ de peccato Originali sententia uariant ac diuersa scribunt, quę commemorare omnia longum foret, præsertim ex Postilla Lutheri & ex diuersis Annotationibus Philippi.

CONTRARIETAS Circa Articul. 3.

Confeßio VErbum, hoc est, filius Dei, assumpsit humanam naturam, in utero beatæ Mariæ uirginis, ut sint Duę naturę, diuina et humana, in unitate personæ inseparabiliter coniũctæ, unus Christus, uere Deus & uere homo.

Luth. ad Vualden- His ceremoniĳs, hoc genere adorationis, omnia templa, Monasteria, breuiter omnes anguli

pleni

pleni sunt,& totus cultus Papistici regni, nihil aliud fuit quā assidua subsannatio sub hac uo‑ ce. Aue rex Iudæorum. Potissimum uero sic ri‑ detur Christus & Deus festo Pascatos & Cor‑ poris Christi in omnibus missis, ut uocant, in pompa & Processione,ubi in auro & argento circumfertur Eucharistia. Et infra. Quamob‑ rem dicimus nunc, illos non esse damnandos, nec hæresis accusandos, qui sacramētum non adorant,cum non sit præceptum,nec Christus in hoc ibi adsit, sed tamē ubiq; uides illam ado rationem sacramenti non esse sine periculo,ubi fides & uerbum non exercetur. Quare tutius forsitan fuerit, cum Apostolis non adorare, quā pro more illo uulgi adorare. Et infra. So‑ phistis uaniloquis cura est,quomodo totā di‑ uinitatem in sacramento incantent.

De adorā tione Eucharistiæ.

Tertia eademq; summa causa pauoris Chri sti erat, sensus quidam desertionis & iræ diui‑ næ,qua fluctuabat Christus inter infernum & uitam. In hoc pauore facta est despoliatio do‑ norum in Christo,ut iam non concludat argu mentū de Charitate,quod ubi sit perfecta cha ritas,ibi non sit timor. In hac enim afflictione & angustia despoliatio quædam charitatis fa‑ cta est. In Christo igitur subtrahente se diuini‑ tate,non flagrauit charitas. Et alibi,facit & pa tris & Christi mentionem Apostolus,ut signi‑

Philip. in Annotationibus in Matth.

In Annotatione. 1. Cor. 1.

ficet, non tam Christum Deum esse, quam per Christum omnia donari.

Errores de Christo.

Hic profecto non de re parua aut futili Contrarietas est. Confessio enim affirmat in Christo duas naturas, Diuinam & humanam, inseperabiliter in unitate personæ coniunctas esse. Quod illi ambo negare uidentur, Lutherus quidem in Eucharistia, Philippus uero in Cruce saluatoris. Si enim uere crederet Lutherus, ueram Christi diuinitatem in Eucharistiæ sacramento esse, sciret utiq;, eam à nobis, qui hoc pie & indubitanter credimus, adorandam esse. Quid enim iustius adoratur quam diuinitas? & non diceret impia & irreligiosa scurrilitate, sophistas uaniloquos curare, quam in sacramento incantent totam diuinitatem. Neq; adeo scurriliter rideret ac negaret Concomitantiam in Eucharistiæ mysterio, sicut fecit in eo libro, quem contra Episcopi Misnensis mandatum edidit. Si ergo in Christo inseperabiliter (ut recte & Catholice dicit Confessio Principum) coniunctæ sunt Duæ naturæ, diuina & humana, necessarium est, ut falsa & impia sint, quæ in supra recitatis scriptis docent Lutherus & Philippus, ubi Lutherus Christo adimit adorationis cultũ, & despoliat eum diuinitate in Eucharistia, Philippus autem detrahit ei in cruce pendenti perfectam charitatem,

tem, & nō uereretur dicere, quod in Christo, substrahente se diuinitate nō flagrauerit Charitas. Cunq; Confessio dicat, Christum uere Deum esse, Philippus alibi dicit, Christū non tam Deū esse quā per eum omnia donari. Nec multo religiosius ait in eo fuisse sensum quendā desertionis & irę diuinę, quo fluctuauerit inter infernū & uitam, quam locutus est sceleratissimus quidam Apostata, qui pleno infidelitatis ac desperationis furore, circa prima huius discordiae tempora, scripsit Octo propositiones. Quarum prima erat, quod infernus non sit, ultima uero, q̄d Christus in cruce desperauerit, quando clamauit, Eli Eli Lanazabathani.

Ne uero longiori Contrarietatū cōmemoratione Reuer. ac Magnificis Dominationibus uestris nūc molesti simus, hic sistimus progressum, cōtenti, breuitatis gr̄a, Triū duntaxat priorū Confessionis articulorū, per Lutheri & Philippi (qui pro optimis & precipuis nouae huius doctrinae autoribus uulgo habent̄) scripta q̄busdā contrarietatibus, Parati nihilominus, si uobis necessariū aut utile atq; operę praeciū uisum fuerit, circa omnes totius Confessionis, de qua in Colloquio tractari debet, articulos, contraria horum hominū scripta, in lucem proferre. Non poterit igitur utiliter aut efficaciter de ista Cōfessione tractari, nisi prius amo-

ueantur illorum scandalosa & erronea scripta, quæ Confessioni sunt contraria, & publice ab ipsis autoribus reuocentur. Quemadmodũ & ipsi, ante annos Quatuor petierunt Vuittenbergæ à Capitone & Bucero cæterisq; eorum complicibus, ut ante omnem concordiæ tractatum reuocarent & damnarent falsam de Eucharistia opinionem Zuinglij & Oecolampadij, Alioqui prorsus inutilis foret omnis de cõcordia Tractatus.

VIA III. DE RELIquis Concionatorum dogmatibus erroneis quæ in Confeßione Principum non comprehenduntur.

Reuerendi ac Magnifici, Domini, Clarissimi atq; Doctissimi uiri. Vt certa & plena possit inter nos de fide & religione constitui concordia. Necessarium nobis uidetur, ut antequam ad tractandum super Confessionis Protestantium articulis congrediamur, istud quoq; impedimentum & offendiculum è uia tollatur, quod nos non mediocriter sollicitos tenet. Nempe, quod nõ omnia, in quibus à nobis & ab Ecclesia Catholica discordant, in eorum Confessione sunt comprehensa. Quamuis enim

uis enim in quodam ad Cæsaream Maiestatem scripto suo affirmauerint hoc anno, se nihil in Confessione sua occultasse, sed totum doctrinæ genus complexos fuisse. Nobis tamen neque operosum neque difficile fuerit, longe plures commemorare articulos, & quidem de rebus non leuibus neque parui momenti, in quibus à nobis longissime dissentiunt, & uelut ultra Disdia pason distant, quam commemorauerunt ipsi sua in Confessione. Etenim posuerunt in ea duntaxat 28. articulos, tametsi ex ijs aliqui sunt, de quibus nulla unquam inter nos & ipsos controuersia fuit. Nos autem possumus commemorare, si opus uisum fuerit, plus quā bis aut ter 28. articulos, extra eorum Confessionem. In quibus ipsi maxime à nobis dissentiunt. Non poterit igitur firma inter nos & ipsos in fide & religione concordia constitui, etiamsi omnes Confessionis eorum articuli quocunque colloquio fuerint concordati, nisi prius declaratum fuerit, quid de reliquis eorum articulis (qui & plures & maioris momenti ac differentiæ sunt, in Cōfessione autem non sunt comprehensi) sentiendū sit. Nolumus quidem hic referre omnes & singulos articulos, quos diuersi eorum Cōcionatores, in multis & uarijs scriptis suis ambiciose ac temere euulgauerūt. Quis. n. omniū eorū (quos

Multi articuli discordes, extra Cōfeßionem

ipſimet Suermeros dixerunt) uniuerſa ſcripta cunctoſq; libellos, non minus uæſanos & indoctos quam erroneos & impios, abſq; faſtidio uel perlegat uel recitari audiat.

Necq; nobis animo eſt, uel eorum, qui magni ac uelut Rabini immo tanq; Apoſtoli & Euangeliſtæ apud eos habent, libros et magna quędam uolumina hic diſcutere, & eorum dogmata expendere. Quoniam & iſtud immenſi foret & temporis & laboris negocium. Sed unius Lutheri (qui primus et precipuus huius diſcordię, qua fœde turbatur apud nos religio, autor eſt) articulos quoſdam, de quibus nihil habet eorum Confeſſio, commemorabimus, non ſane omnes (ſunt enim aliqui ex nobis, q CCCC. alij D. alij Dc. alij adhuc plures enumerando conſcripſerunt) ſed aliquos, qui minime diſſimulari, negligi aut contemni poſſunt, ſi uera & perfecta debeat inter nos unitas & cõcordia reparari. Non em̃ fidem duntaxat et religionem, uerum etiam imperium & publicam pacem diſturbant, niſi communi omnium ſententia & conſenſu damnentur, & ab ipſo autore reuocentur, ac funditus aboleantur.

Hæc nos Reuerendis & Magnificis D. V. nullius odij aut ſubterfugij gratia, ſed ueræ & perfectæ concordiæ deſyderio paciſq; ſtabiliter componendæ ſtudio, ipſius rei neceſſitate

ac magnitudine moti & adacti, dicta & suggesta esse uolumus. Ne uero uos commemorationis prolixtate & pregrandi articulorum numero moleste grauemus, breuissime aliquos exempli causa subiungimus.

DE IMPERIO.

1. PApæ Tyrannis mox cœpit inclinante Imperio Ro. eiq; in loco suo successit. *Luth. Contra Amb. Catharinum*

2. Translatum est autem ad Germanos Rom. Imperij uocabulum, cum res iam nulla Imperij esset. *Ibidem.*

3. Mundani enim Principes sunt. Mundus autem inimicus est Deo, Quapropter & ipsos facere oportet quod & Deo contrarium, & Mundo consentaneum est. Inter Christianos autem nulla potest esse superioritas, sed unusquisq; unicuiq; subiectus est. *De potestate sæculari.*

4. Nos Christiani liberi sumus, ab omnibus omnium hominum legibus exempti, libertate Christiana per baptismum nobis donata. *De Capt. Babyl.*

5. Nulla est ergo remedij spes, nisi reuocato libertatis Euangelio, secundum ipsum, extinctis semel omnibus omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus Amen. *Ibidem.*

6. Omnes igitur, qui humanas leges diuinis superaddunt, certissime sunt inimici Dei & Leuiathan Apostoli. Et qui *De Confess. ad Franciscũ*

eas acceptauerint aut seruauerint, discipuli sunt Leuiathan.

Contra duo Cæsarea mandata. Nolumus hic Lutheri in Principes commemorare conuicia, quibus eos immodeste corã populo publice proscidit, uocans Imperatorẽ miserum uermium saccum qui impudenter iactitet se uerum & supremum Christianæ fidei defensorem. Principes uero reliquos Germanicas bestias, Tyrannos, fatuos, Carnifices, lendes, bullas &c.

In lib. contra epistolam Regis Angliæ.

Ex his sane atq; id genus multis Lutheri de regimine seculari articulis (quos breuitatis gratia omittimus) facile consyderabitis, firmam pacem & obedientiam constitui non posse, quã diu eiusmodi Lutheri doctrina in manibus hominum uersatur.

De Sacramentis.

1. Lutherus De Capt. Babylo. PRincipio neganda mihi sunt Septem Sacramẽta, & tantũ Tria pro tẽpore ponenda, Baptismus, Pœnitentia, Panis. At si rigide loqui uolumus, tantum duo sunt in Ecclesia Dei sacramenta, Baptismus & Panis.

Ibidem. 2. Baptismus neminẽ iustificat, nec ulli prodest, sed fides in uerbum promissionis. Non potest igitur esse uerum, Sacramentis inesse uim efficacem iustificationis, seu esse ea signa efficacia gratiæ.

3. Mirum

3. Mirum eſt,quid in mentem illis uenerit, ut ſacramentum Confirmationis facerent. Quare ſatis eſt,pro ritu quodã Eccleſiaſtico ſeu Cerimonia ſacramentali Confirmationem habere,ſimilẽ cæteris cerimonijs conſecrandę aquę aliarumq́ꝫ rerum. *Ibidem*

4. Deniq́ꝫ ſacramenta hic auxerunt, Confirmationem,Ordinem,Matrimonium,Vnctionẽ,Deus bone,quanta eſt hæc una uorago pecuniarum,immo & animarum. *Contra Amb. Catharinũ*

5. Ex his ſequitur,quod Epiſcopi,Collegia, Monaſteria,& quicquid de illo populo eſt,iam pridem neq́ꝫ Chriſtiani neq́ꝫ Chriſtiana Communitas fuerint. *De Iudicio Chriſtianæ cõgrega.*

6. Epiſcopi quidem ſunt, ut non Chriſtianorum,ſed furum,raptorum & fœneratorum,immo ipſi ſunt fures,raptores & fœneratores Capitales & pręcipui. *Cõtra falſo nominatum ſtatum Eccleſ.*

Hæc & id genus multa,de ſeptem ſacramentis, maxime uero de ſacramento Matrimonij erronea dogmata,de quibus nihil dicit Confeſſio,reperiũtur paſſim in uarijs Lutheri libellis pręſertim uero in prolixo ſermonum eius opere quod Poſtillam uocant. Quæ ſi ſic permanſerint,fruſtra quęretur per Confeſſionis concordandos articulos uera concordia,quia eam cęteri Lutheri articuli,niſi reuocentur ,ferre nõ poterunt.

DE CERIMONIIS.

Contra Ambro. Cathari- num.

QVinta facies Antichristi est illud egregiũ perdẽdę pecunię artificiũ, in struendis, erigẽdis, locupletandis Tẽplis, Monasterijs, sacellis, Altaribus, et eius generis operibus.

2. Sexta facies Antichristi, nõ una, sed facierum quædam sylua est, scilicet eorum, quæ in templis sunt & geruntur, quæstus & lucri prosperrima negocia.

Ibidem.

3. Omitto calices, Imagines, uasa utensilia aurea, argentea, lignea, Tum uela, pallas, Corporalia, & sine modo & numero ornamenta, lumina, lampades & siqua similia.

De humanis traditionibus uitandis.

4. Non solum igitur blasphæmia est & mendacium atq; deceptio, uerum etiã res uere stulta & ludus simiarum, omnium Monachorum & hominum leges de cibis, de uestibus, de locis, et de omnibus rebus externis.

De abrogãda missa priuata

5. Non est peccatum in sacerdotio Papistico quod æquari possit neglectui horarum Canonicarum. Cum reuera uix sit maius peccatum hoc laborioso, et tamẽ simulato, cultu Dei, qui per horas illas boando et murmurando peragit, Vt quale est sacerdotium, tale et peccatum.

In sermone de S. Cruce.

6. Iam quod dixi de S. Cruce, de omnibus reliquijs dictum uolo, Reliquię nihil aliud sunt quã

seductio

seductio fidelium, ideo prorsus subtus terram recondi debent

Ex his paucis articulis, quos exempli gratia retulimus, facile conijcere poterunt Reuerendæ ac Magnifice D. V. quam multa sint in Cõfessione præterita ac omissa, quæ alibi creberrime docuit ac euulgauit Lutherus, quæ proculdubio religioni nostræ antiquæ (quã à Maioribus nostris uelut per manus longa successionum serie accepimus) ex Diametro maxime aduersantur, Ea uero præcipue, quæ contra Purgatorium atq; adeo contra uniuersa pro animabus defunctorum suffragia, Vigilias, Dies primos, septimos, Tricesimos & Anniuersarios, Et quæ contra Matrimonij sacramentum de gradibus, impedimentis, diuortijs, intolerabili arrogantia fœdisq; et impijs erroribus, late per omnem Germaniam disseminauit, Sunt autem huiusmodi eius articuli longe maioris et numeri et momenti, magisq; nobis contrarij, q̃ sunt plæriq; ex, 28. articulis Confessionis, quos longe facilius tolerare aut admittere possemus, q̃ tam seua et prophana illius dogmata, quæ alibi contra Ecclesiam Catholicam latissime sunt diuulgata.

Plurimi articuli qui in Cõfessione non sunt.

Rogamus igit enixe Reuerẽ. et Magnificas D. V. ut anteq̃ cõsideamus ad tractãdũ de articulis Cõfessionis et Apologię, prius exigat ab

Aduersa-

Aduersarijs responsio, quid nam de huiusmo di Lutheri aliorumqꝫ Concionatorum & com plicum eis dogmatibus agendum esse censeāt, si enim ea uoluerint habere salua, frustra cum ipsis attentabitur super Confessione & Apo- logia concordia, quia foret nimis imperfecta instabilisqꝫ & incerta, Cui semper obstarent et repugnarent dogmata illa, quę à nobis nequa quam admitti aut recipi possunt.

VIA. IIII. DE AR- ticulis quibusdam antiquarum hæresum In Confessione protestan tium contentis.

REuerendi ac Magnifici Domini, Claris simi atqꝫ Doctissimi uiri. Quum ad cō- ponendam in fide & religione concordiam ue ram ac stabilē huc missi atqꝫ conuocati simus, inter cętera, quę uelut pręparatoria ad firmita- tem & synceritatem concordię & unitatis fore consyderauimus, uobisqꝫ deuoto studio pro- posuimus, istud quoqꝫ dubium necessario dis- cutiendum esse putamus, antequam ad tractan- dum super Confessionis & Apologię articulis

consideatur. Nempe, Quid pars aduersa sentiat de plęrisq; sectis antiquitus ab Ecclesia dãnatis. Quandoquidem et eorum Confessio nõ nullas hæreses antiquas, nobis oportune consentiens, recte damnat, uelut Manichæos, Arrianos, Donatistas, Pelagianos,

Si ergo cæteras hæreses iam olim eadem Ecclesiæ autoritate damnatas, simili nobiscũ cõsensu (ut æquum est) damnauerint Aduersarij, pulchrum profecto idoneumq; & utile per hanc quæstionem nostram habebimus ad cõcordandum super Confessione & Apologia eorum Compendium placidamq; & planam Methodum, Vt breuissime dicere liceat, si hoc uel illud dictum aut dogma Arianorum aut quorumlibet hæreticorum, antea damnatorum, error est, aut eorum errori alludit aut consentit, reijciatur & pro erroneo & condemnato habeatur. Quemadmodum in eorum Cõfessione, mox circa primũ articulũ, breuissime per compendium damnantur Manichæi, Valentiniani, Arriani &c. quod circa articulum de Trinitate superbenedicta nõ recte senserũt. Ita enim fiet, ut Tractatus iste de concordia, inter utramq; partem resarcienda, longé & facilius & citius queat absolui ac fœliciter finiri, Id quod ualde necessariũ esse uidetur, propter indictum à Cæs. Maiestate & iam infantem,

Compendium ad concordiam.

Ratiſponę breui ab hinc tēpore habendū, Conuentū Imperialē, ad quē omnis iſte de cōcordia Tractatus referri debet, quoniā & per Receſſū Haganoienſem et per Cęſareū mandatū nō licet nobis hic finaliter ſuper his rebus concludere aut definire. Bene autē ſperamus, atq; certiſſime perſuademus nobis, hāc Pręparatoriā concordię uiā nō ſolū cōpendioſam, uerū etiā ęquā utilē, honeſtā et piā uiſum iri, et Cęſareę Maieſtati tanq; ſupremo Eccleſię Aduocato defenſoriq; et regi Catholico, Regięq; Maieſtati Romanæ, tanq; Chriſtianiſſimo ac cordatiſſimo Principi, uniuerſiſq; cęteris Principibus ac ſtatibus ſacri Ro. Imperij, qui Religioni Imperioq; recte ac bene conſultum uolunt.

Via breuis et omnibus probata Catholicis:

Si enim cuilibet liceat ueterum hæreſes impune reuocare in Lucem, aſſerere, aut ſaltem in dubium aut quæſtionem diſputationemue ab inferis reducere, uerbi diuini prætextu, tanq; in earum condemnatione Catholica errauerit Eccleſia, nunq; profecto ad ullam in fide & religione concordiam ueram & firmam peruenire poterimus. Quia ſemper inueniuntur homines quidam inquieti, in ſacris literis eruditi, diſerti ac docti, nouarum rerum & famæ cupidi, ſuperbi, ſuoq; ingenio confiſi, & à patre mendaciorum circumuēti atq; maligno eius inſtinctu concitati, qui, niſi legibus coerceantur, facile po-

Non licet ueteres reſuſcitare hæreſes.

le poterunt Ecclesiæ pacē & unitatē conturba-
re, si unum aut alterū ex damnatis ueterū hæ-
reticorū articulis, scandalosa & improba im-
piaq; disputatione aut assertione renouent po
pulumq; Christianum in fide & deuotione sua
conturbent, dubiumq; reddant, sicut hoc licen
tioso tempore ita fieri, plus satis (prohdolor)
omnes compertū habemus. Quapropter anti-
qui Imperatores, Theodosij, Valētiniani, Iusti
nus maior Martianus & iustinianus, seueras in
hęreticos statuerunt leges, publicisq; cauerunt
Edictis, ne corā populis amplius disputentur
aut prædicentur ea, quę semel ab Ecclesia per
Generalem Synodum fuerint damnata.

Sicut igitur Aduersarijs nostris sua in Con-
fessione licuit, ipsiq; sibi permiserunt et ius esse
duxerūt, damnare quorundā hęreticorū erro-
res antiquos, Id quod nos nō solū nō reproba-
uimus, uerū etiā collaudamus publice coram
Imperatore totoq; Imperio, licet id ab eis fa-
ctū sit sine noua per scripturas & uerbi diuini
testimonia disputatione aut determinatiōe, Ita
& nobis uicissim similiter permitti petimus, ut
quascunq; propositiones, in eorum Confessio
ne aut Apologia repertas, quæ antiquam hæ-
resim aliquam sapiunt, protulerimus, & ulli
ueterum hæreticorum dogmati conformes
aut consentaneas esse commonstrauerimus,
uobisq;

Vt antea damnata non reuocentur in disputationem nouam.

Vobiſcꝙ de hoc atteſtantibus & dijudicantib. conuicerimus,mox pro damnatis habeantur, abſcꝙ noua ſuper eiuſmodi propoſitionibus diſputatione. Si enim de ſingulis noua inſtituenda eſſet diſputatio,nunꝙ foret diſputādi finis. Aequum eſt igitur & rationi conſonum, ut & uos Domini Præſidentes et Aduerſarij noſtri, permittatis nobis idē ius, quod retro à priſcis permiſſum fuit omnibus,et quod ipſemet Aduerſarij noſtri ſibi ſumpſerunt ac permiſerunt in ſua Confeſſione. Vt autem planius hanc noſtrā petitionem intelligatis, agemus clarius ac propius ad propoſitum mentemcꝙ noſtrā aliquot declarabimus exemplis.

PROPOSITIONES *antiquitus damnatæ, quæ in Confeßione habentur.*

Confeßio Articulo 15.

1\. TRaditiones humanæ,inſtitutæ ad placādum Deum, ad promerendam gratiam, & ſatisfaciendum pro peccatis,aduērſatur Euangelio & doctrinæ fidei. Quare uota & traditiones de cibis & diebus &c. inſtitutæ ad promerendam gratiam, & ſatisfaciendum pro peccatis,inutiles ſunt & cōtra Euangeliū.

Hæc propoſitio conſonat multorum hæreticorum

ticorũ damnatis articulis. Vualdensiũ quidem seu Pighardorũ art. 11. &. 12. Vbi sic dicunt, Cãtus in Ecclesia & psallendi modi uarij intonandi, pretinēdi, & similes, siue hominũ organorũ siue tubarũ aut aliorũ instrumentorũ musicorũ, nihil prosunt. Horę denicꝫ Canonicę, priuatęcꝫ uel manifestę orationes aliæ, irritæ sunt & inanes. Excepto solo pater noster, & uerbis cõsecrationis, Reliqua. n. omnia, quę in Missa leguntur, institutiones sunt humanę. Sic & Pauperes de lugduno dicunt art. 7. Sanctorum festa, ieiunia, Ordines, Benedictiones. Officia Ecclesię, & id genus similia, nulla esse. Et Dulcinistæ art. 20. Ecclesiam consecratam non plus ualere ad orandum q̃ stabulũ equorum aut porcorum. Item Patareni & Albanenses dicunt art. 15. sic, per pœnitentiam nec gloria augetur, nec minuitur inferni pœna. Sic & Taboritæ art. 31. Decretales & Decreta, Expositionesq; sanctorum Doctorum omnino respuunt. Sic secta flagellantium sese, art. 48. docent, Nulla, quæ per sacerdotes mandantur, obseruanda esse ieiunia. Sic Vuicleph art. 39. ait. Decretales Epistolæ sunt Apocryphæ & seductiuæ à fide Christi, & Clerici sunt stulti qui eis studēt. Denicꝫ Leonistę (ne simus nimium prolixi) in suis articulis. 31. 32. 33. 34. &c. similiter contemnunt & rejciunt Ecclesiæ cõstitutiones, tancꝫ

Errores ueterum Vualdensium.

Pauperũ de lugduno.

Dulcinistarum.

Patarenorum.

Taboritarum.

Vuiclephitarum

Leonistarum.

traditiones humanas, barbarice irridentes indulgentias, festa & ieiunia, Ecclesia materialem uocantes horreum, altaria aceruū lapidū, Corporale seu pallā altaris pannū bracarum etc.

Quum igitur isti et id genus plures barbaricę fecis hęretici iam olim ab Ecclesia damnati sint, atq; etiā Imperialibus in Codice legibus detestati, ut patet ex lege. Gazaros. C. de hęret. Satis hinc constat, hanc Confessionis protestātiū propositionē, quę similia docet, merito absq; ulla ampliori disputatione pro damnata ab omnibus habendam esse.

II. Secunda propositio.

Confess. art. 20.

CONcionatores olim tantum puerilia et non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa ieiūia, fraternitates, peregrinationes cultꝰ sanctorū, Rosaria, Monachatū et similia.

Errores de festis & de uotis Monasticis.

Hæc propositio alludit antiquo errori Leonistarum, Qui similiter festa et ieiunia Ecclesiæ contemnebant, ut iam dictum est supra, et peregrinationes reprobabant art. 56. Quos proinde iuste in Codice (ut dictum est) damnatos esse scimus, Quemadmodū et hypocritica secta sese flagellantium docebat art. 47. q; solummodo Dies Natiuitatis Christi et assumptionis Mariæ sint celebrandi, secreto tamen et studiose, Qualia et barbarus in Anglia docuit Vuiclephe

cleph. Qui non est ueritus dicere, quod Augusti-nus, Benedictus, Bernardus, dānati sint, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerūt possessiones et introierunt religiones art. 44. Cui & hunc mox barbarice adiungit, quod omnes religiones indifferenter introductæ sint à Diabolo.

III. *Tertia propositio.*

SCriptura non docet inuocare sanctos, seu petere auxilium à sanctis. Consonat & ista propositio antiquitus damnatis hęresibus, Vigilantij, ut patet ex S. Hieronymo. Leonistarum quoque art. 47. 48. 49. &. 50. Vbi nōn solum inuocationem uerum etiam imagines, Reliquias, legendas & sepulcra sanctorum reijciunt & cōdemnant, Quæ igitur iam olim in illis recte & iuste damnata sunt, hodie à nulla secta noua recte instaurari aut iustificari atque defendi possunt. Hic autē error, quo sanctorū cultus, ueneratio et inuocatio, cōtra Ecclesię perpetuā cōsuetudinē impugnatur, persepe dānatus est antea, ergo nō opus est nūc, eundē lōga aut noua disputatiōe dānare. Quādoquidē iā olim publice dānatus fuit, & quidē ante Mille annos in Vigilātio, & ante. CCCC. annos in Patarenis & Albanensibus, ut patet ex scriptis Ecberti & S. Benardi & Deinceps in Pighardis, Vuiclephistis, Taboritis &c.

Confeß. art. 21.

Errores de cultu sanctorū.

Cōtra noua aut renouata dogmata.

Hæ igitur propositiones Exempli gratia productæ ac recitatę sint, Ex quibus satis constat, illicite renouari per Confessionē Protestantiū errores ueterū hęreticorū, Contra doctrinā ritūq; & consuetudinē Ecclesię Catholicę, Immo & cōtra sacrā utriusq; Testamenti scripturā, Vetat.n. Moyses Deut, 13. 17. & 18. aliter credere aut docere q̄ crediderunt & docuerūt Maiores & Præpositi nostri. Quod et Paulus uehementer prohibet Ad Ro. 15. et. 16. Ad Gal. 1. & 5. & ad Heb. 13. Iubet.n. cauere ab ijs qui aliter docent q̄ accepimus, & Anathema dicit ei qui aliud q̄ accepimus Euangelium prędicat. Aequa igitur hæc nostra est petitio, qua petimus, ut sine noua disquisitione ꝓ dānatis habeātur omnia Confessionis & Apologiæ dogmata, quęcunq; in ueteribus iam olim damnata sunt hęreticis, Nam & Protestantium Concionatores dicere non audent (ut arbitamur) q̄ uera & Catholica ecclesia fuerit in prememoratis hęreticis, Quandoquidem ipsimet non omnes probant illorum articulos.

VIA V. DE ARTICULIS CONFESSIONIS, AUGUSTAE IN SEPTENORŪ COLLOQUIO CONCORDATIS, UT RATI HABEANT.

REuerendi ac Magnifici, Domini, Clarissimi atq; Doctissimi uiri, Intellexistis ex proxima petitione nostra, q̃ utile ac necessarium sit, propter indictum à sacratiss. Caesarea Maiestate Conuentum Imperialem, breui Ratisponae celebrandum, ut iste de concordia tractatus, quantum fieri potest, breuissime absoluatur, Ostendimus igitur & studiose petimus consyderari adhuc aliud ad breuiter concordandum super Confessione Protestantium aptum atq; honestum compendiū. Etenim sciunt Reuerende & Magnificae D. V. Ante annos Decem in celeberrimo Conuētu Imperiali Augustae habito factum fuisse Delectum septenarij ex utraq; parte personarum, quae amico tractatu & colloquio quaererent piam & Christianā super exhibita Protestantium Principum & Ciuitatum Confessione redintegrandae unitatis pacisq; & concordiae uiam. Id quod ab illis satis diligenter est factum, adeo, ut sedula partium disquisitione & amica interpretatione di-

ctorum, ad multorum Confessionis articulorum unanimem sensum & concordiam partiũ peruentum fuerit. Petimus igitur, ut nũc quoq; placeat parti aduersę, quod tũc ei placuisse constat. Est.n. antiqua & trita honestatis regula, ut qđ semel placuit, amplius displicere nõ debeat, & quod tũc pro uero habuerunt, nunc quoq; pro uero habeant. Non.n. à casu aut fortuna neq; ab autoritate aut uoluntate hominũ, neq; à longitudine aut mutationẽ tẽporũ, sed ab eo quod res est uel nõ est, Oratio uera aut falsa dicitur. Si ergo hanc à parte aduersa petitionem (quę non nisi ęqua & honesta atq; etiã pro tẽporis breuitate necessaria uideri potest) nunc obtinebimus (licet eã serniss. Rex Romanorũ &c. Hagenoię à legatis & oratoribus aduersæ partis nuper obtinere non potuerit) optatum habebimus ex utraq; parte compendium breuioremq; methodum ad inueniendam diu iam ab omnibus bonis uiris desyderatam concordiam. Nam cum sint tantũ, 28. articuli Confessiõis, in eo tractatu super. 16. articulis plene, in multis uero aliis semiplene (ut sic loquamur) concordatum fuisse constat.

Vt cõcordata Augustæ, habeãtur adhuc rata.

Nec ualet excusatio, q̃ dicunt, tunc nihil illic conclusiue determinatum aut concordatum fuisse. Quia neq; nunc licet nobis hic conclusiue quicq;

Friuola excusatio.

ne quicq̃ per amicum colloquiũ determinare aut concordare, ſed omnia debemus ad Cæſ. Maieſtatem referre, Cui concludendi poteſtas tum in Receſſu Hagenoienſi tum in Cæſareo Conuocationis mãdato expreſſe eſt reſeruata, Negare autẽ nõ poſſunt, ꝙ in Auguſtenſi colloquio & tractatu ita cõcordatum fuerit, ſicut iam diximus, Qua. n, fronte id negent, quũ nõ ſit factum in angulo inter Duos aut tres priuatim & ſeorſũ, ſed in manifeſto & publico Quatuor Principum multorumcꝫ Clariſſimorum Doctorum cõſeſſu, Conuinci preterea poſſent, ſi opus foret, quibuſdam ſcriptis, quæ ipſimet partis noſtrę collocutoribus tradiderunt, è quibus quædam Magiſtri Philippi Melanchtonis manu ſunt ſcripta. Quũ igitur plus q̃ dimidium Numeri articulorum illic tunc cõcordatũ fuerit (quemadmodum nos Clariſſimorum uirorũ, qui publica autoritate Notarij ſunt, manu & teſtimonio probare poſſumus, ſi opus ſit) rogamus enixe ut Reuerendę ac Magnificę D. ueſtrę agant cum parte aduerſa, ne in hac temporis breuitate & anguſtia uelit friuolas ac minime neceſſarias exceptionis atque dilatorias ſine cauſa protractiones nobis opponere. Id ſi factum fuerit, magnum profecto habebimus prolixi laboris ſubterfugium, Quia in multis concordatum eſt,

de quibus non opus erit repetitio nunc labore concordiam quærere si enim iustum eis uideatur, priorem reuocare concordiam, Cui Quatuor interfuere Principes multo iustius poterunt huius colloquij (In quo forte nullus animo Imperij princeps personaliter inter erit) quamlibet reuocare concordiam, atq; ita frustraneus inutilisq; & inanis foret omnis colloquendi labor cura & industria. Ne igitur in cassum & omnino frustra laboremus tempusq; teramus, et inutiles hic faciamus sumptus et expēsas, humiliter & obnixe petimus, ut quæ priori colloquio & tractatu ad amicam concordiā unanimemq; utriusq; partis consensum. Dei gratia & benignitate perducta sunt, hic redimēdi temporis gratia pro uere concordatis habeantur. Nos enim uere & ex animo, non ficte aut simulate cum illis, ut tunc egimus, ita & nunc agere desyderamus et intendimus, Quod ut pars aduersa similiter faciat, æquitas, poscit & publica honestas,

Vt igitur Reuerendæ ac Magnificæ D. V. uideant, quantum compendij temporisq; lucrandi ex priori concordiæ colloquio utrinq; habeamus, si utraq; pars ratū habeat, quod tunc placuit, recitabimus hic uobis bona fide bonam partem eorum, quæ utriusq; partis cōsensu tunc approbata & concordata fuerunt.

Articuli

ARTICVLI CONcordiæ Augustensis Colloquij.

ETenim in primo articulo, qui est de Trinitate personarum & unitate essentiæ diuinæ, per omnia concordatum est, similiter & in Tertio, qui est de duabus naturis & una persona in Christo, & quidem absq; omni disputatione aut contradictiõe. In Secundo aũt, qui est de peccato Originali, post nonnullam disceptationẽ in hæc uerba concordatum est, quod peccatum Originale sit carentia Originalis iustitiæ, quæ exigit fidem fiduciamq; & timorem Dei, quod que Concupiscentia, ex peccato Originali orta, remaneat in homine. Culpa uero Originalis peccati per baptismum tollatur. Id est, q̃d peccatũ Originale tollatur quo ad formale, sed maneat quo ad materiale. In Quarto deinde Quintoq; & Sexto articulis ita concordatum est, ut omitti debeat hęc uox Sola, quando de fidei iustificatione loquimur, ne de cætero dicatur, nos sola fide iustificari. In Septimo postea & Octauo articulis iterum concordatum est, per declarationem huius uerbi. Sanctorum, quod utraq; pars fateri debeat. In Ecclesia in hac uita esse etiam malos & peccatores. In Nono, qui de Baptismo est, & in Decimo, qui

Concordia de peccato Originali.

De fide iustificante

mo, qui eſt de Euchariſtia, plene concordatum eſt. Adiecto uno uerbo, Realiter, quando dicitur. In Euchariſtia corpus & ſanguinē Chriſti uere adeſſe. Additū eſt, cōtra ſacramentariorum fraudulentias, Realiter, Teuthonice Vueſenlich. Sic & in 13. 14. 16. 17. 18. & 19. pie ac benigne concordatum fuit, ita ut nullus in eiuſmodi articulis remaneret inter nos diſſenſionis ſcrupulus. In cæteris uero, etſi non per omnia concordare potuerimus, operæ tamen precium uidetur nobis, Reuerendis & Magnificis D. V. commemorare, Quibuſnam in punctis ipſi ſuis proprijs ſcriptis & atteſtationibus conſenſerint nobis.

De tribus partibus pœnitentiæ.

Etenim Circa xij. articuli examen, hanc nobis dederunt ſuam in hæc uerba ſcripturam & ſententiam. Non recuſamus Tres partes Pœnitentiæ ponere, ſcilicet Contritionem, quæ ſignificat terrores incuſſos conſcientiæ, agnito peccato. Confeſſionem, ſed in hoc oportet reſpicere ad abſolutionem & illi credere. Non enim remittitur peccatum, niſi credatur, quod propter meritum paſſionis Chriſti remittatur. Tertia pars eſt ſatisfactio, uidelicet digni fructus pœnitentiæ. Sed propter ſatisfactiones concorditer ſentimus, non remitti peccatum, quo ad culpam. Verum de hoc

hoc nondum conuenit, utrum necessariæ sint satisfactiones ad remissionem peccati quo ad pœnam.

Et circa articulum xxi. admiserunt nobis, quod omnes Angeli & sancti Dei in cœlo orant & intercedunt pro nobis, quod que usus Ecclesiæ, quo sanctorum commemorationes & festa celebrat, Deumque orat ut sanctorum nos intercessio adiuuet, pie Christiane & recte seruatur. Et circa sequentes articulos in scripto quodam suo Teuthonico Confessi sunt & admiserunt, ut sequitur. *De cultu sanctorũ.*

Nempe circa articulum xxij. qui est de utraque specie sacramenti Eucharistiæ, consentientes nobiscum, dixerunt, sacramentum illud non debere sumi absque confessione preuia. Et rursus in scripto quodam suo amplius mentem suam nobis declarantes, ita dixerunt. Indicauimus uobis, non esse partis nostræ opinionem aut sententiam, quod predecessores nostri defuncti, aut alij Christiani in alijs terris & nationibus degentes, qui sub una tantũ specie uenerabile sacramentũ corporis & sanguinis Christi sumpserũt aut sumũt, sint damnandi. Hanc. n. uobis (inquiunt) informationẽ in scheda quadam fecimus, quod institutio q̃dem *De utraq; specie.*

Christi

Christi & ad sacerdotes & ad Laicos pertineat, ueruntamen sit Ceremoniale præceptum, dispensabile in quibusdã casibus necessitatis. Idcirco existimatur ac minime dubitatur, quod multi defuncti & uiuentes in Christianitate, qui sic sub una tantum specie sumpserunt aut adhuc sumunt, non sint proptera damnandi. Sicut & nos ob id eos nequaquã damnamus. Hæc ibi.

Sed & in hoc concordarunt, quod nobiscũ credant, totum Christum, uerum Deum & hominem cũ corpore & sanguine esse sub utraq; specie & sub qualibet. Immo & hoc in amica illa disputatione admiserunt nobis, quod non existiment eos, qui sub una tantum specie communicant, peccare, Licet nollent, hoc à suis Cõcionatoribus populo prædicari. Quin etiam præcipuus ex eorum Theologis, qui tunc in colloquio erant. Magister Philippus Melanchthon, non est ueritus ad R. D. Laurentiũ Campegium Cardinalem & Legatum tũc propria manu hæc scribere uerba. Romana Ecclesia nihil faceret alienum sua clementia, si permitteret nobis uti utraq; specie sacramenti, præsertim cum non damnemus alios, & fateamur, in specie panis uerum corpus Christi contineri, & per concomitantiam sanguinem, adeoq; integrum Christum, In specie uini itidẽ integrum

Verba Phil. Melanch.

Christum. Sic ille manu propria.

Hæc igitur omnia breuiter, exempli causa recitata, nunc sufficiant, Cętera uero cuncta, quę illo in colloquio fuerunt concordata, recitare nunc longum foret, tædiosumq; & haud necessarium. Petimus ergo super his benignum ab aduersa parte responsum, ut eo celerius possit amico inter nos & eos colloquio, desyderatæ concordiæ tractatus absolui.

VIA VI. DE TRIplici uariatione Exemplarium unius eiusdemq; Confeßionis Protestantium, non in uerbis modo sed etiam in sententijs.

REuerendi ac Magnifici Domini, Clarissimi atq; Doctissimi uiri. Antequã consedeatur ad concordandum super Confessione Augustensi, uidetur nobis necessarium fore, ut sicut antea de Duplici Cõfessione, quarum una quorundam Principum, altera Quatuor Ciuitatum fuit, sacræ Cæs. Maiest. exhibita mentionem fecimus, ita & nunc admoneamus Reuerend. & Magnificas D. V. de uarietate Exemplarium unius Confessionis, quæ

Exemplaria impressa mentiuntur in titulo.

Principum dicitur. Exemplaria enim quæ per Typographos in publicum ædita sunt, neque inter sese concordant, neque Originali scripto, quod Cæsareæ Maiestati Augustæ exhibitum fuit, per omnia consonant aut recte correspondent, licet mentiantur in titulo & superscriptione, in qua sic habetur. Confessio fidei, exhibita Inuictiss. Imp. Carolo V. Cæsari August. in Comitijs Augustæ Anno M. D. XXX. Est quidem in omnibus, quæ nobis uidere licuit, exemplaribus unus & idem Titulus, sed uerba sensusque Confessionis in plærisque locis et articulis non parum uariant, & exemplaria inter sese diuersa atque etiam discordia reddunt.

Quæstio de causa uariandi exemplaria.

Quomodo igitur poterimus nos cum Aduersarijs super ipsorum Confessione firmiter concordare, si non corrigatur prius Exemplarium inter sese discordantium uarietas? Cupimus itaque prius audire causas, quare libuerit Aduersarijs ita uariare Confessionis suæ exemplaria, ne frustra studeamus cum ipsis concordare, dum non concordant eorum exemplaria inter sese. Correcta autem uarietate uerborum et sensuum, facilius poterimus postea cum ipsis super uno certo uerborum sensu cum ipsis amice tractare, & Deo propicio ac bene iuuante concordare. Ne autem prolixius æquo

exten-

extendatur hæc necessaria nostra admonitio (quod utique fieret, si per totam Confessionem curreret atq; extenderetur diuersitatis collatio aut cõmonstratio) nos breuitatis gratia circa paucos, utpote Duos Tresue aut Quatuor duntaxat articulos, diuersitatem & discordiam indicabimus, rogantes, ut id æqui bonicq; faciatis.

VARIETAS EXemplarium Confeßionis Circa articulum II. De peccato Originali.

ORiginale exemplar, quod Cæs. Maiestati Augustæ exhibitum est, ex Teuthonico uersum sic habet. Amplius docetur apud nos, post lapsum Adæ omnes homines, qui naturaliter nascuntur, in peccatis cõcipi ac nasci. Hoc est, eos omnes ex utero matris plenos esse malarum inclinationum & concupiscentiarum, & nullum posse à natura habere uerum timorem Dei ueramque de Deo fidem. Eum quoq; innatum morbum & originale peccatum ueraciter peccatũ esse, & damnare sub æternam iram Dei omnes qui non renascuntur per baptismum & spiritum sanctum. Circa hoc reijciũtur Pelagiani & alij, qui Originale

ginale peccatum pro peccato non habent, à quo sane naturam alienam faciunt per naturales uires, ad contumeliam passionis & meriti Christi. Hæc ibi.

Exemplar uero, quod anno Domini M. D. XXXI. Vuittenbergæ per Georgium Rhau excusum est, sic habet. Item docent, quod post lapsum Adæ omnes homines secundum naturam propagati, nascantur cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, & cum concupiscentia, quodq; hic morbus seu uicium originis, uere sit peccatum, damnans & afferens nunc quoq; æternam mortem his qui non renascuntur per baptismum & spiritum sanctum. Damnant Pelagianos & alios, qui uicium originis negant esse peccatum, & ut extenuent gloriam meriti & beneficiorum Christi, disputant hominem proprijs uiribus rationis coram Deo iustificari posse. Hæc ibi.

Exēplar Tertium prolixe uariat.

Exemplar uero, quod hoc anno M. D. XL. per eundem Typographum in eodem oppido excusum est, adhuc aliter habet, sic enim habet. Item docent, quod post lapsum Adæ omnes homines naturali modo propagati, nascentes habeant peccatum originis, Intelligimus autē peccatum Originis, quod sic uocant sancti patres, & omnes Orthodoxi & pie eruditi in Ecclesia, uidelicet reatum, quo nascentes propter

Adæ

Adæ lapsum rei sunt iræ Dei & mortis æternæ, & ipsam corruptionem humanæ naturæ propagatam ab Adam. Et hæc naturæ humanæ corruptio, defectus iustitiæ seu integritatis seu obedientiæ originalis, & concupiscentiam complectitur. Estq; defectus horribilis, cæcitas et inobediētia, scilicet, carere illa luce ac noticia Dei quæ fuerat futura in natura integra. Item carere illa rectitudine, hoc est, perpetua obedientia uera, pura, ac summa dilectione Dei & similibus donis integræ naturæ. Quare defectus illi & concupiscentia sunt res damnata, & sua natura digna morte. Estq; uicium originis uere peccatum, damnans & afferens nunc quoque æternam mortem his qui non renascuntur per baptismum & spiritum sanctum. Damnant Pelagianos, qui negant peccatum originis, & sentiunt defectus illos seu cōcupiscentiam esse res indifferentes seu pœnas tantum, nec esse res sua natura damnatas, & somniant hominem legi Dei satisfacere posse, & propter hāc propriam obedientiam coram Deo iustum pronunciari. Hæc ibi.

Ecce qnanta est uarietas Trium Exemplarium, circa hunc unum articulum. Etenim in primo & Originali dicitur. In peccatis concipi & nasci. In Secundo, quod nascantur cum peccato. In Tertio, quod nascentes habeant pecca- *Declaratio Varietatis.*

tum originis. Item uariant deinde in expositio
ne. Primũ enim sic exponit. Hoc est, eos omnes
ex utero matris plenos esse malarũ inclinatio-
num & concupiscentiarũ, & nullũ posse à na-
tura habere uerũ Dei timorẽ ueramq; de Deo
fidem. Secũdum uero breuius sic. Hoc est, sine
metu Dei, sine fiducia erga Deum, & cum con-
cupiscẽtia. Tertium deniq; longe prolixius ali-
terq; exponit, sic dicens. Intelligimus aũt pecca
tum Originis, reatũ, quo nascentes ꝓpter Adæ
lapsum rei sunt iræ Dei & mortis æternæ, & ip
sam corruptionem humanæ naturæ propaga
tam ab Adam &c. Addit sane per multa, quę in
cæteris exemplaribus non habentur. Variant
prętera etiam in damnationis sententia. Nam
duo priora damnant Pelagianos & alios. Ter-
tium Pelagianos tantũ. Variant item circa cau
sam damnationis. Primum enim hãc affert cau
sam. Quia ab eo naturam (inquit) alienam fa-
ciunt per naturales uires, ad cõtumeliam passio
nis et meriti Christi. Secundũ affert istã. Quia
ut extenuent gloriã meriti & beneficioꝝ Chri
sti, disputant hoẽm ꝓprijs uiribus rationis co-
rã Deo iustificari posse. Tertiũ multo ꝓlixius
affert huiusmodi causam. Quia sentiũt defectus
illos seu cõcupiscentiã esse res indifferentes &c.

Certe si quis Notarius ad hunc modũ toties
uariaret circa eandem Bullã aut circa idem in-

ſtrumentũ, ab omnibus iudicaretur malignus & falſarius. Neceſſarium eſt igitur, ut Aduerſarij noſtri de hac ſua uariatiõe rationẽ prius reddant, anteq̃ cum ipſis tractetur, quomodo poſſimus cum ipſis de Confeſſione ipſorũ concordare. Quandoq̃dẽ ipſorũ exemplaria inter ſeſe nondum concordant. Quod ſi Notario nulli etiam circa res priuatas et prophanas ita uariare licet in ſuis ſcriptis, Quanto minus licere deberet noſtris aduerſarijs, ſic uariare circa tam arduum fidei & ſalutis noſtæ negocium, de quo tot Millena exemplaria tam diuerſimode uariantia in publicum euulgauerunt?

VARIETAS CIRca Articulum IX. De Baptiſmo.

ORiginale Exẽplar, ex Teuthonico translatũ ſic habet. De baptiſmo docẽt, qđ ſit neceſſarius, quodque per eum gratia offeratˀ, qđ pueri quoq; baptizari debeant, qui per eiuſmodi baptiſmum Deo traduntur & placent. Idcirco rejciuntur Anabaptiſtæ, qui docent baptiſmũ paruulorũ non eſſe iuſtũ.

Exemplar anno M.D.XXXI. excuſum ſic habet. De baptiſmo docent quod ſit neceſſarius ad ſalutem, quodque per baptiſmum offeratur gratia Dei & quod pueri ſint baptizandi, qui p̱ baptiſmũ oblati Deo, recipiantˀ in gratiã

Dei. Damnant Anabaptistas, qui improbāt baptismum puerorum, & affirmant pueros sine baptismo saluos fieri.

Exemplar uero postremū, quod anno M. D. XL. excusum est, sic habet. De baptismo docent, quod necessarius sit ad salutem, tanquam Ceremonia à Christo instituta, & quod per baptismum offeratur gratia Dei, & quod infantes sint baptizandi, & quod infantes per baptismum Deo cōmendati recipiantur in gratiam Dei, & fiant filij Dei, sicut Christus testatur, loquens de paruulis in Ecclesia Matt. xviij. Nō est uoluntas patris uestri, qui in cœlis est, ut pereat unus ex paruulis istis. Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum infantium, & affirmant infantes sine baptismo et extra Ecclesiam Christi saluos fieri.

Declaratio Varietatis. Breuior quidem est iste, quam prior, articulus, sed ęque uarius. Etenim in primo exemplari omittuntur quædam uerba, quæ in alijs cernuntur adiecta, utpote. Necessarius ad salutē, Gratia Dei. Et in damnatione Anabaptistarū omissa est in primo hæc clausula. Et affirmant infantes sine baptismo saluos fieri. Vbi tertiū exemplar hanc quoq; clausulam (& extra Ecclesiam Christi) superaddit, quam alia duo exemplaria nō habent. Addit & aliā, quę in alqs omittitur, hanc uidelicet. Tanquam Ceremonia à

nia à Christo instituta. Hic ergo baptismũ uo=cant Ceremoniam, quem nos, atq; etiam ipsi Aduersarij in reliquis scriptis suis, sacramen=tum potius uocamus. Addit & alia quædam, quæ in alijs sunt omissa. Merito igitur de hac quoq; uarietate exigetur ab Aduersarijs ratio, antequam consedeatur ad concordiæ tracta=tum. Talis enim uarietas concordiam non me diocriter impediret,

VARIETAS CIRca Articulum X. De Cœna Domini.

ORiginale Exemplar, ex Teuthonico uer=sum, sic habet. De cœna Domini sic do=cet, quod uerũ corpus & sanguis Chri=sti ueraciter sub specie panis & uini in cœna præsens sit, & ibi distribuatur atq; sumatur. Id=circo & reijcitur doctrina contraria. Exemplar secundum sic habet. De cœna Domini docent, quod corpus & sanguis Christi uere adsint, & distribuantur uescentibus in cœna Domini, & improbant secus docentes. Exemplar uero Tertium sic habet. De cœna Domini docent, quod cum pane & uino uere exhibeantur cor=pus & sanguis Christi uescẽtibus in cœna Do=mini.

Declaratio Varietatis. mini. Breuissimus quidem est iste articulus in uerbis,& tamen cernitur in eo haud dissimulanda uarietas. In primo sane exemplari dicitur, sub specie panis & uini. Hoc in secundo prorsus omittitur. In tertio mutatur hæc clausula, & pro ea dicitur. Cum pane & uino. Per hoc autem insinuatur non leuis error, quo negatur Transsubstãtiatio panis & uini in Eucharistia. Itẽ in prioribus duobus exẽplaribus improbatur contraria doctrina. In tertio autem contra secus docentes nihil dicitur. Id quod suspicione non caret, tanquam occulte iam colludant Aduersarij nostri inter sese hac de re. De qua tot iam annis atrocissime aduersus se inuicem publice digladiati sunt uarijs prolixisq; libris, qui adhuc publice prostant populisq; ingeruntur.

De his igitur tribus articulis, qui certe non de lana caprina, sed de magnis rebus loquuntur, quanta sit exemplarium uarietas, exempli gratia breuiter dictum sit, ut Reuerendę & Magnificæ D. V. inde cognoscant, quam iusta & necessaria sit & ista nostra petitio, ut Aduersarij, antequam ad concordie tractatum deueniatur, de tanta exemplariũ uarietate & discordia rationem reddant.

VIA VII.

VIA VII. DE ARmorum spiritualium, quibus certandum sit in colloquio, æqualitate & certitudine a Præsidentibus præscribenda.

Reuerendi ac Magnifici Domini Doctissimi atq; Clarissimi uiri. Quamq; uehementer desyderamus, & id unum præcipue in uotis habemus, ut iniunctũ nobis de cõcordiæ tractatu negociũ in tempore citoq; absoluatur, cũ propter alias rationes non paucas, tum uero maxime ꝓpter breue, quod superest nobis, appropinquantis Dietæ Imperialis Ratisponæ habendæ, & nup a Cæs. Maiest. indictæ tempus. Attamen non possumus dissimulare impedimentum quoddam, haud leue aut modicum. De quo, priusquam ingrediamur principale negociũ. Reuerend. & Magnificas D. V. necessario p̃monendas esse arbitramur.

Etenim pars aduersa plerumq; in scriptis suis obijcit nobis uerbum Dei, scripturam sacram. Aliquando etiam Conciliorum, præsertim antiquorũ, Canones & Decreta. Nonnunq; præterea pios & priscos Ecclesiæ Doctores & sanctorũ patrũ scripta. Iam necessariũ uidetur nobis scire atq; ab Aduersarijs nostris, anteq; cũ *Argumẽta ex scripturis Canonibusq; & Patribus.*

ipsis congrediamur, stipulari, qua nam lege ex prædictis nobiscum colloqui aut amice disceptare uelint. Aequum enim uidetur nobis, si ex prædictis ratas uoluerint habere aut haberi allegationes suas, ut et nostras æquo & eodem iure ratas ex eisdem, quæ supradicta sunt, habeant & haberi sinant. Quo enim quisqȝ iure in alium utitur, æquissimum est, ut eodem aduersus seipsum alios uti sinat.

Iactantia de uerbo Dei.

Certe sacras literas, de quibus tot iam annis ubiqȝ aduersum nos gloriantur, nullo honesto prætextu renuere poterunt, si á nobis allegentur aut obijciantur, sciunt enim & laici eorum, quanto gloriandi fastu se iactauerint atqȝ elati in nostri despectum fuerint, propter Euangelium & uerbum Dei, adeo ut sese Euangelicos nos autẽ Aristotelicos & Sophisticos uocitarint Concionatores & Doctores. Laicis uero suis, persimili nostri cõtemptu applaudẽtibus, permiserũt, & in manicis prophanis portare et in parietibus domorũ depingere sacrum illud Eulogiũ. Verbum Domini manet in æternũ.

Aequalitas armo-

Sed & Conciliorum Canonibus & decretis alicubi in Confessione & Apologia sua usi sunt. Quemadmodũ & sanctorũ patrũ testimonijs. Petimus igitur, ut nobis quoqȝ idẽ ius & æqualẽ differendi & allegandi obijciendiqȝ libertatẽ permittant atqȝ concedãt. Idqȝ certis & apertis

apertis uerbis explicent diserte, anteq; nobiscum concordiæ colloquium ineant, uidemus enim id uulgo etiam inter sæculares concertatores pugiles & perduelliones obseruari & consuetudine publica receptum esse, ut anteq; certamen inchoetur, de paribus utrinq; armis ferreis respectus cognitioq; habeatur & decretũ fiat. Atqui ex diuersis aduersariorũ nostrorũ scriptis certi esse non possumus, quę nam arma spiritualia nobis permittere uelint, si cum ipsis agendum sit. Varemundus enim ipsorum omnimoda nuper allegatione aduersum nos usus est. *rum utiq; parti concedenda.*

In prolixa uero responsione, quam Hagenoiæ publice communi nomine dederunt, unum duntaxat allegationum genus petere & accep tare uidentur, nempe quod ex Apostolicis pro ductum fuerit literis. Inter cætera enim sic aiũt, Atq; ita sacrarum Apostolicarum scripturarũ autoritate discordia religionis ad cõformitatẽ perducatur. *Petitio protestantium ad Cæs. Ma.*

Cum autem Lutheri, primi & præcipui eorum Concionatoris huiusq; discordiæ authoris, uarium sit & ex contrarietate incertum de sacris & de Apostolicis scripturis iudiciũ, Necessarium fuerit, si certa inter nos & ipsos debeat (uti desyderamus) fieri cõcordia, ut ipsi ante omnem principalis nrgocij tractatum, certos *Variũ & incertum Lutheri iudicium.*

nos reddant, Ex quibus nam scripturis Canonibusq; et patribus agendum esse censeant, Reperimus etenim in quibusdam Lutheri scriptis multum tribui non solum sacris literis, uerum etiam Conciliorum Canonibus & Decretis, atq; etiam Ro. Pontificum Decretalibus et sanctorum patrum libris.

De sacris literis. Etenim sacris literis usq; adeo multum tribuit alicubi, ut præter eas nihil uelit recipere aut admittere. Quemadmodum est uidere in ijsce potissime libris eius, quos mox post suum hinc, hoc est à Vuormacia reditum, anno Domini M. D. XXI. edidit, *in prologo assertiōis latinæ.* In quibus sane dicit, Miram esse peruersitatem nostram, ut alijs testimonijs, q̃ scripturæ nostra uelimus probare, atq; ut sacras literas non per seipsas & illarum proprium spiritum, sed per hominum *De abrog missa.* glossas uelimus discere. Proinde quod in scripturis non habetur, uocat plane additamentū *De Confess. ad Iram.* Satanæ seu Leuiathan. Concilijs quoq; alicubi plurimum tribuit, Nam contra Schedam Stolpensem scribens, pro impio & blasphemo dogmate habet, Conciliorum autoritati ac po*De Concilijs.*testati detrahere, Et in libro de. X. præceptis sic ait. Canones patrū ideo positi sunt, ut dirigāt populum, Et debet unicuiq; sua deuotio semper esse suspecta & tanto magis, quanto magis placet, cū est contra cōmunem usum uel decre-

tum pa-

tũ patrum. Similiter & Ro. Pontificum cõ= ſtitutionibus alicubi plurimũ defert, pręſertim uero in primo Reſolutionũ ſuarũ libro, p quẽ Mũdo primũ innotuit, hominumq; fauorẽ & eruditionis famã ſibi peperit atq; conciliauit. Ibi.n. ſic ait ad Papã Leonẽ. x. Quare Beatiſſi= me Pater proſtratũ me pedibus tuis, tuę B. offe ro cũ omnibus quę ſum et habeo, uiuifica, occi de, uoca, reuoca, Approba, reproba, uocẽ tuã, uocẽ Chriſti in te pręſidentis et loquẽtis agnoſ cã. Item Cõcluſione. ix. Bene nobis facit (ait) Spiritus ſanctus in Papa, excipiendo in ſuis de cretis ſemper articulũ mortis & neceſſitatis. Et Cõclu. xxvi. Ego audio Papã ut Papã, id eſt, ut in Canonibus loquitur et ſecundũ Canones loquitur, aut cũ Cõcilio determinat, Non autẽ quãdo ſecũdũ caput ſuũ loquitur. Deniq; Cõ clu. lxix. ſic ait. Autoritati Papali in omnibus cũ reuerentia cedendũ eſt. Qui.n. poteſtati reſi ſtit, reſiſtit Dei ordinationi. Hæc et id genus plurima ſcripſit Lutherus, anteq; eſſet excõmu nicatus et Satanę traditus, Verũ poſteaq; ſup bus et aperte rebellis eſſe cœpit, ita omnẽ turba uit et ſcripturę ſacrę et Canonũ Põtificunq; ac totius Eccleſię autoritatẽ, ut ex ſcriptis eius ni= hil certi, quod ad ſtabilẽ ualere queat cõcordiã, ſcire poſſimus. Id quod ex paucis eius propoſi tionibus ſtatim manifeſtum faciemus.

De Ro. Pont. De cretalibus

Quædam

QVAEDAM LVtheri dicta Contra sacras literas & Concilia Patresq́;.

Contra Moysen.

Contra Mosen et Vetus testamentum sic ait in libello contra furentes ac tumultuantes Rusticos, In Nouo testamẽto neq; tenet neq; ualet Moses. Item in sermone, Quousq; legendus sit Moyses ait sic. Suermeris autem ita obturandũ est os, quando dicunt, sic dicit Moyses. At tu dic, Moyses nihil ad nos pertinet, Ego Moysen non accipio, Nam si acciperem eũ in uno mandato, oporteret me totum Moysen accipere. Item. Ex hoc textu (Exodi. 20. c.) clare habemus, q etiam. x. pręcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudeos ex Aegypto eduxit. Et rursus. Nullus apex in Moyse ad nos pertinet.

CONTRA EVANgelium et Nouum Testamentum.

Lutherus in præfatione sua in nouum Testamentum sic habet. Sciẽdum est primũ opinionẽ eã, q Quatuor tantũ sint Euangelia, totidemq;

totidemq; Euangelistæ, repudiandam esse. Itẽ. Vide ne ex Euangelio librum legis aut doctrinæ facias, sicut hactenus factum est, & aliquot Prologi etiam S. Hiernoymi sic sonant, Quia Euangeliũ utiq; non requirit nostra opera, ut per ea boni ac salui efficiamur, immo damnat talia opera, sed requirit solam fidem in Christum. Item. Euangelium Iohannis est unicum, pulchrum, uerum & principale Euangelium, atq; aliis tribus longe ac longe preferendum, maiorisq; faciendum. Pauli quoq; & Petri Epistolæ longe ultra tria Euangelia Matthæi Marci & Lucæ præcedunt. Iacobi autem epistola, prę illis uere straminea est, quia nullam Euangelicam naturam in se habet,

Huius ergo temerarium de sacris literis iudicium sequutus Otto Brunfelsius (cuius nõ pauci extant libelli) multo adhuc audacius censuit, Euangelium esse meram relationem Cabalisticam, & huc tendere omnia, ut Apostolos homines fuisse credamus, & labi potuisse, quia scripserint pugnantia, Quod in plęrisq; tã euidens esse ait, ut componi neq; possit neq; uelit, quicquid tandem moliatur Augustinus, Hæc & id genus multa alia nimis absurda sane & impia in Aduersariorum, præsertim Lutheri scriptis reperiuntur & adhuc extant atq; leguntur.

Otto Brunfelsius.

Contra

Contra Concilia.

LVtherus in ſermone ſuo ſuper illud, Attē dite à falſis prophetis, ait ſic. Hoc Euangelium ſubuertit funditus & radicitus Papatū & omnia Concilia, Quia non tenemur ſeruare quod Papa præcipit, & homines conſtituunt. Nam dicit, Cauete à falſis, Oportet igitur aut Euangelium mentiri aut Papam ſimul cū Concilijs. Item. In .30. propoſitionibus, quas ſuis propoſuit & euulgauit Vuittenberge habet ſic. Concilium igitur aut Epiſcopi, qui congregati ſunt, æque poſſunt errare, ſicut alij homines: Si autem non errant, id uel caſu accidit uel ex meritis alicuius ſancti ac probi uiri qui inter eos eſt aut etiam communis Eccleſiæ, & non per poteſtatem & autoritatem congregationis eorum. Spiritus enim ſanctus nulla promiſſione obligatus eſt ad Concilium aut Synodum Epiſcoporum. Item. In hoc rectē dicunt ſe uniuerſalem Eccleſiam repreſentare, ipſi enim non ſunt Eccleſia, ſed ut plurimum repreſentant tantummodo Eccleſiam, Et quando ſolummodo repreſentant Eccleſiam, tunc ſunt Eccleſia ſicut homo pictus eſt homo &c.

Contra ſanctos Patres.

Lutherus

LVtherus in prologo suæ assertionis ait sic. Quanti errores in omnium patrum scriptis inuenti sunt? Quoties sibi ipsis pugnant? Quoties inuicem dissentiunt? Quis est, qui non sepius scripturas torserit. Nemo ergo mihi opponat Papæ aut Sancti cuiusuis autoritatem nisi scripturis munitam. Et in libro de abroganda missa ait. Constat & hoc è Psal.4. Quod Dominus mirificat sanctos suos. Et Psal.67. Mirabilis est in sanctis suis. Sinit eos in multis & diu tam ignorare q errare. Inducēt (inquit) in errorem, si fieri potest, electos, hoc est, Inductos in errorem tenebunt, ut uideantur cum eis in errore manere & perire. Nonne hoc in Bernardo Gregorio Bonauentura et multis aliis uidemus, qui in multis & magnis erroribus permanserunt cum impiis?

Hæc exempli gratia recitata sint, è multis pauca, ut intelligant Reuerendæ & Magnificę Dominationes uestræ, Viri Clarissimi, q iusta atq etiam necessaria sit & ista nostra petitio, ut aduersarii, anteq nobiscum colloquium ineant, prius nos certos reddant, quibusnam armis spiritualibus utendum nobis esse censeant. Si enim sibi ipsis ius esse uolunt, opponere nobis non solum scripturam sacram, uerum etiam Concilia, Patres, Canones & Decreta, sicut est cernere in ipsorum Confes-

Confessione & Apologia, æquum est, ut & nobis idem ius permittant, & contraria Lutheri sui scripta una nobiscum condẽnent, ante quam inicipiatur colloquium, ut inter colloquendum nõ fluctuemus in incerto, et uane circũferamur omni uento incertæ per cõtrarietatẽ Doctrinę.

DISCVSSIO OMNIVM CONFES*sionis & Apologiæ Augustanæ Articulorum, Quidnam in eis possit, & quid non possit á Catholicis approbari ac recipi.*

Scripta Ratisponæ Anno Domi. M. D. XLI.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILlustrissimoq; Principi ac Domino, Domino ALBERTO, S.R.E. Presbytero Cardinali, Archiepiscopo Maguntino & Magdaburgensi. Sacri Ro. Imperij Principi Electori & per Germaniam Archi Cancellario, Legato Nato, Primati Germaniæ, Administratori Halberstatensi, Marchioni Brandeburgensi etc. Domino suo Clementissimo.

S. P. D.



EVERENDISSIme In Christo Pater, Illustrissime ac Generosissime Princeps, Domine Clementissime, Cum non ignorem q̃ amans & studiosa pacis & concordiæ semper fuerit Reuerendiss. & Illustriss. Celsitudo tua, uideor mihi non inepte aut inique facere, q̄ tuæ præ omnibus Amplitudini nũcupo hũc de pace & concordia libellum, quem post Vuormaciense Colloquiũ Ratisponæ elucubraui. Breuius quidem fuisset ad pacem compendium is

libellus

libellus meus, quem Moguntiæ mox post peractum Vuormaciæ Colloquium & Latine & germanice ędidi, In Septimum duntaxat Confessionis & Apologiæ Protestantiū, sacri Ro. Imperij Principum ac statuum articulum, In quo de Ecclesia differitur, Sed nescio quo fato res ea ab omnibus neglecta fuit, Potuisset certe & citius & certius discuti unus ille articulus, ex cuius determinata ueritate indubitanter secutura fuisset concordia in religione, q̄ potuerūt discuti tam multi articuli, super quibus Ratisponæ institutum fuit Colloquium, per quod nihil prorsus determinatum est. Quoniam uero nunc rursus à Cæsarea Maiestate indicta sunt Comitia Imperialia, Spiræ celebranda, operæprecium me facturum esse arbitror, dum euulgauero hunc libellum una cum alijs quibusdam Tractatulis, Ex quibus boni, prudentesq; ac pij homines cognoscant quibusnam tolerabilibus uijs & rationibus ad concordiam in fide & religione resarciendā perueniri queat. Nō tanti quidē existimo me ipsum, ut uelim aut petam, meo accedendū & acquiescendū esse consilio aut iudicio (absit tā stulta procul à me presumptio & Philautia) uerūtamē quū & olitor aliquando possit opportuna loqui, nihil absurdi fuerit, eas considerationes meas in medium proponi, siqui forte

legere dignentur, qui occasionem inde accipiant, proponendi meliora, & ad pacem propinquiora magisque accommoda. Certe quam necessarium sit nobis Germanis, ad concordiam uel sero iam, post tot discordiarum incommoda, redire, neminem ignorare puto, ita grassante ac præualente per discordias nostras in preclaro Vngariæ Regno Turcarum Tyranno.

Causæ quæ nos ad Concordiam mouere debent.

Quod si non mouet nos mala apud Exteras Nationes de nostris super fide & religione contentionibus fama, non plagarum ex ira Dei una super aliam prodigiosa uexatio, non cœlũ quod super nos est æneum, nec terra quam calcamus ferrea (quemadmodum in maledictionibus suis prædixit excellentissimus prophetarum Dei Moyses) neque calamitatum & cladiũ

Leui. 26. inaudita unius post aliã successio, nõ frequens

Deut. 28. fames & pestilentia, non morum publica corruptela, non Imperij foeda diuisio & per diuisionem dissolutio uirium autoritatisque, non totius patriæ lamentabilis deformatio & Babylonica quædam per sectarum nouitates cõfusio, Moueat nos saltem tot Miliũ animarũ certus per schismata interitus & sempiterna ad incessabiles cruciatus damnatio. Scimus enim & confitemur omnes unanimiter, extra Ecclesiæ unitatem neminem saluari posse, sicut regnante diluuio extra Arcam Noæ nemo saluari potuit.

tuit. Reminiſcamur ſaltem Apologi per quē Menenius Agrippa plebem Romanā per diſ-cordiam à Senatu in montem ſacrum ſeceden-tem, commode in urbem concordiamq́ cum patribus reduxit, quum declararet plebi, q̃ male ceſſerit reliquis humani corporis membris contra uentrem diſcordia, per quam nec ma-nus cibum ad os ferre, nec os datum accipere, nec dentes receptum cōficere uolebant, ut uen-trem fame domarent, quem dicebant, in medio quietū nihil aliud agere q̃ datis uoluptatibus frui. Suo autē labore ac miniſterio uentri om-nia quæri. Quemadmodum & nunc apud nos diſcordiarum incentores, ut Laicos contra Papam & omnem ſtatum ordinemq́ Eccleſiaſti-cum ad extremam uſq́ perniciem cōcitent, clamitant, nihil prodeſſe rebus humanis ſacerdo-tum & Monachorum ſacrarumq́ uirginum cantus & orationes, quas ad laudē Dei die no-ctuq́ per horas Canonicas iuxta Eccleſiæ an-tiquos ritus pro uniuerſo populo perſoluunt. Quiſquis autem de ſeruata & de neglecta reli-gione tum ex ſacris tum ex prophanis hiſto-rijs diuerſa legit exempla, is facile intelligit, q̃ male conſulitur patriæ per huiuſmodi clamo-res nouorum concionatorum, quorum incita-tione tam multa contigerunt mala hiſce diſ-cordiarum annis, in magnis preſertim Germa-

1.Pet.3 T.Liuius lib.2.

Clamores nouorum Concionatorum.

 niæ

maniæ ciuitatibus. Qualia sane nec pauca nec parua, contra omne ius & diuinum & humanum barbarissime perpetrata, exprobrauit nuper Cæsar ipse, omnium Clementissimus Dominus noster, publico edicto Ciuibus utriusque Ciuitatis Hyldesheimensis, Vbi longe minor habetur nunc, per seditiosorum incitamenta Concionatorum, respectus & honor sanctæ et salutari religioni Christianę, quam habitus fuit uel falsæ & impiæ idolorum religioni apud Ethnicos, presertim apud Romanos, De quibus ita inter alia multa scribit Valerius Maximus, Omnia (inquit) post religionem ponenda semper nostra Ciuitas duxit, etiam in quibus summę Maiestatis decus conspici uoluit. Quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire, Ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ bene & constanter fuissent famulata. Contra huiusmodi igitur barbariem irreligiosissimam quam Germaniæ, nouæ per discordias inuexerunt sectæ, scripsi hunc aliosque libellos. Quos ut Reuerendissima & Illustriss. Celsitudo tua clementer in bonam partem accipiat, & de salutaribus ad pacē & concordiam mediis pro sua (quam à Deo accepit præ multis aliis magnis Ecclesiarum Prælatis & Imperii Principibus) sapientia, pietate industria ac longa rerum experientia salu-

Valer. Max. lib. 1. c. 1.

briter

briter cogitare atq; proſpicere dignetur oro & obſecro Domine Clementiſſime, & mihi ab antiquo Patrone obſeruendiſſime.

E. Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Celſ. T.

Deuotis ſacellanus

Iohannes Cochlæus.

In Prologo ad Lectorem.



VLta Catholicis falſo adſcribuntur & imputantur per quæ ſimplex populus allicitur ad nouam doctrinam & abſterretur á recta fidé maiorum noſtrorum, atq; concitatur in odium Cleri, præſertim Theologorum ſcholæ. Qualia ſunt iſta, *Calumniæ in Catholicos.*

1 De iuſtitia fidei omnia templa, monaſteria, ſcholæ, deniq; libri omnes Theologorum recẽtium antea muti erãt. Hoc nõ eſſe uerum, conuincitur ex eo ſtatim, ꝙ fidei iuſtitiam docet

præcipue Paulus Apostolus, Cuius Epistolæ ubicp apud Catholicos publice & leguntur in templis et Monasterijs & præleguntur in scholis, declarantur preterea in concionibus ad populum, et exponuntur in libris Theologorum. Verū quidem est, q non docent, solam fidem iustificare, sed necp Paulus hoc docet, Id quod fateri necessarium est, quia nuscp dicit, sola fides iustificat, Docet quidem fide iustificari homines, sed non ait (sicut loquitur Apologia) sola fide iustificari hominem. Hoc enim male docetur, ad iniuriam sacramentorum, præsertim Baptismi & Pœnitentiæ, per quæ iustificationem consequimur, & in iacturam bonorum operum & religiosæ conuersationis, & in graue scandalum plebis, quæ per hanc nouam de sola fide doctrinam remissior negligentiorcp facta est ad bene operandum, tancp sufficiat sola fides.

Iniuria sacramentorum.

2. Item, In doctrina Pœnitentiæ (inquiunt) nusquam tradebatur certa & firma consolatio conscientiarum.

Consolatio Conscientiarū

Hoc quocp falsum esse sciunt & experiuntur adhuc quotidie apud Catholicos, quicuncp antiquo more sua peccata confitentes, absolutionem à sacerdote suscipiunt, non sine magna consolatione conscientiæ suæ, quæ sub onere peccatorum pressa mœrebat, donec per

absolutionẽ ab eo onere liberata, credit, potestate clauium, sibi iam remissa esse peccata. Iuxta illud Psalm. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et Psalm. 41. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, & adhuc confitebor illi. Et Matt. 16. Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Et rursus Matth. 18. Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

3. Nemo docebat peccata remitti per fidem in Christum. Et hoc falsum est, Docuerunt enim & adhuc docent omnes Catholici, sine fide in Christum non remitti peccata, iuxta illud Iohan. 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui autem incredulus est filio non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eũ. Negant tamen, per solam fidem (ut Apologia contendit) remitti peccata. Ad remissionẽ peccatorum namque conferunt & sacramenta & opera pœnitentiæ, contritio, confessio, Oratio, Eleemosyna &c. quæ nunc maxima cum iactura animarum omittuntur per nouam & scandalosam, istam de sola fide doctrinam. *Fide remitti peccata.*

4. Item. Doctrina satisfactionum carnificina erat conscientiarum. Non est recens nata hæc de satisfactionibus doctrina, sed semper in *Satisfactiões ab antiquo.*

per in Ecclesia fuit, ut patet ex Cypriano, Tertulliano, Niceno Concilio &c. Immo & ex Euangelio. Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et ex Paulo. Qui ait 2. Cor. 7. Gaudeo nō qa cōtristati estis, sed qa contristati estis ad pœnitentiam. Contristati. n. estis secundū Deum, ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ. n. secundū Deum tristitia est, pœnitentiam in salutē stabilē operat. Honestius igitur & magis pie dicitur à Paulo Tristitia secundū Deum, quā carnificina conscientiarum. Certe conscientiā magis excruciant ipsa peccata quā peccatorū confessio aut satisfactio. Iuxta illud Psal. 37. rugiebā à gemitu cordis mei. Hinc uermis et morsus cōsciētiæ dicit.

5. Itē Sacramenta impie ꝓphanata sunt &c. Longum foret, mox in prologo ad omnia respondere, quæ falso imponuntur nobis Catholicis, Commodius igitur confutabuntur postea, quælibet in loco suo. Hic satis sit dixisse, quod sacramenta longe magis impie in nouis sectis quam in Ecclesia nostra atiqua sunt prophanata, & magna ex parte prorsus oblita.

PREFATIO PRINcipum ad Cæsarem.

Nihil

NIhil habet incommodi hæc præfatio, nisi quod falso iactitāt Concionatores doctrinam suam ex puro esse uerbo Dei, a quo sane in plærisq; articulis alienissima est & longissime distat, uti patebit in processu. Et q̄d Principes in causa fidei non ad Rom. Pontificem, sed ad futurum Concilium generale appellant. Hoc enim in iure prohibitum est. Et ex antiquissimis sanctorum patrum Canonibus & Athanasij multorumq; aliorum Epistolis ac libris constat. Causas fidei & Episcoporum referri debere ad Rom. Pont. tamquam ad supremum in terris Iudicem.

PRAEFATIO MElanchthonis in Apologiam.

HAEc non ubiq; fideliter narrat rem gestam, & graui alicubi iniuria atq; calumnia inuehitur in Theologos, qui iussu Cæs. Maiest. Cōfutationem scripserūt. Ait. n.

1. Sed aduersarij obstinate hoc postulabant, ut quosdam manifestos abusus atq; errores approbaremus. Item.

2. Aduersarij sic agunt causam, ut ostendant se neq; ueritatem neq; concordiā quærere, sed ut sanguinem nostrum exorbeant, Item.

3. Neq; enim negari potest, quin multi loci

doctrinæ Christianæ, quos maxime prodest extare in Ecclesia, à nostris patefacti & illustrati sint, qui qualibus etiam quam periculosis opinionibus obruti olim iacuerint, apud Monachos, Canonistas, & Theologos Sophistas, nō libet hic recitare.

At ab huiusmodi criminationibus pulchre liberat & defendit Theologos illos qui Augustæ fuerunt præclarū & omni exceptione maius testimonium ipsius Cæs. Maiestatis & aliorum sacri Ro. Imperij Principum ac statuum Catholicorum. Qui eos pro doctis honestis pijsq; & pacificis uiris habuerunt, in publico Recessu Imperiali, quem Cæs. Maiestas adhuc hodie approbat, & in hoc quoque Christiani Colloquij tractatu saluum atq; inuiolatum ab omnibus habendum esse præcipit.

ARTICVLVS I.
De Trinitate.

DE hoc articulo nulla est inter nos & Protestantes Controuersia neq; in Confessione neq; in Apologia, Proinde in eo per omnia consentimus.

ARTICVLVS II.
De peccato Originali.

DE hoc quoq; articulo non foret difficile concordiam inuenire (Quemadmodũ Augustæ mox in primo Septenorum consessu facile inueniebatur) si ex animo pax & unitas quæratur. Etenim concordamus in hoc, quod omnes homines secundũ naturam propagati nascuntur in peccato. Quia sic & diuinæ docent literæ, Psalm. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Item Ro. 5. Sicut per unum hominem peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et 1. Corinth. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Item. In Adam omnes moriuntur. Et Ephe. 2. Eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Concordamus et in isto, quod per baptismum tollitur reatus culpæ peccati Originalis. Iuxta illud Ezech. 36. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Et Galat. 3. Quicũq; in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Concors de peccato Originali sententia.

Et hæc duo ad populum sufficerent, Cætera quę de hoc articulo disputabilia sunt, utilius reserua-

Superflue &

scandalosæ disputationes. reseruarentur pro scholis Theologorū, quam ut contentiose disputentur ad populū. Non.n. leue peccatū est, scandalizare infirmos odiosis contentionibus & subtilitatibus, quæ populo scitu necessariæ non sunt, scriptum est em̄ Prouerb. 10. Qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidenter. Contra eos uero, qui scandalis offendunt pusillos, graues sunt minæ ipsius Christi Matth. 18. & Pauli Rom. 14. & 1. Corinth. 8. Cōsultius igitur facerent Protestantes, si omissa hac docendi nouitate, loquerentur de hac re, sicut ante eos locuti sunt Maiores nostri. Iuxta illud Prouerb. 22. Ne transgrediaris terminos autiquos, quos posuerunt patres tui.

Vitia infentibus nonrecte impitantur. 1. Non probamus igitur nouam eorum expositionem, qua dicunt in confessione uitium originis, esse sine metu Dei, sine fiducia erga Deum & cum concupiscentia. Scimus enim infantes quoslibet nasci in peccato originali. Nemo tamen iuste imputat eis in uitium aut peccatum, quod sunt sine metu Dei & sine fiducia erga Deum. Quia per ætatem nesciunt quę sit distantia boni & mali Deut. 1. Aut quid sit inter dextram & sinistram suam. Ionæ 4. Vnde ait S. August. Nonne tanta infirmitas animi

Aug. de peccatorum me- & corporis, tanta rerum ignorantia, tam nulla omnino præcepti capacitas, nullus uel naturalis uel conscriptæ legis sensus aut motus, nullus

nullus in alterutram partem rationis usus, hoc multo, testatiore silentio quam sermo noster proclamat atque iudicat? Et rursus. Illas inquam consyderemus tenebras mentis utique rationalis. In quibus & Deum prorsus ignorant cuius sacramentis etiam cum baptizantur obsistunt. Et iterum. In paruulis certe gratia Dei per baptismum eius, qui uenit in similitudinem carnis peccati, id agitur, ut euacuetur caro peccati.

ritis. lib. 1. c. 35.

In Apologia uero sunt multo plura, quae non probamus, quia ad concordiam parandam minus deseruiunt. Primum igitur non placet nobis asperitas uerborum in eos quos pro aduersarijs habent, Qualia sunt. Illis non solum iudicium, sed etiam candorem defuisse, eosque acerba interpretatione conficta, sententiam per se nihil habentem incommodi, arte deprauasse. Item, quod uerba Lutheri calumnientur, ut eo artificio innocentem opprimant &c. scriptum est enim. Leuit. 19. Non facias calumniam proximo tuo.

Secundo. Displicet nobis & illud, quod toties perstringunt & rephendunt atque etiã accusant scholasticos Doctores Theologos, Cum cõstet, eorum scripta pietatẽ cum recta & solida eruditione coniungere. Quos si tam studiose

Scholastici Doctores.

diose legissent quam friuole iudicant & superbe contemnunt, nequaquam essent tot erroribus obnoxij. Certe si quis ad antiqua respiciat tempora. In quibus scholastici Theologi nondum fuerunt, uidebit longe plures fuisse hæreses quam fuerunt intra C C C annos proximos. Vt patet ex Irenæo, Tertulliano, Philastro, Augustino, atq; etiā ex utroq; Iure. Quot enim uel in una lege enumerātur hæreses in Codice Iustiniani sub titulo De hæreticis? Quot item in Decretorum à Gratiano collectorum libro? præsertim in c. Quidam autem 24. q. 3. Ecquæ est hoc tempore alia potior causa tot tanque diuersarum hæresum quam improbus iste scholasticorum Theologorū contemptus, & rebellis insolentia aduersus Ro. Pontificem? Profecto negare non possunt, multas nunc esse hæreses. Quoniam Lutherus ipse publice conquestus est. Circa hæc breuissima uerba Christi. Hoc est corpus meum, plusquā Decem exortas esse hæreses hoc tempore.

C. de hæreticis L. Arrianos

Luth. contra Zuinglium & Oecolāp.

Tertio. Reijcimus etiā excusationē Lutheri quam affert Philippus, tanq; falsam & impudentem. Scimus enim Lutherū longe aliter sentire quā sentit S. Augustinus, tam de peccato Originali quam de fomite peccati. In secundo scilicet & Tertio articulis, quos iure ac merito damnauit Rom. Pontifex Leo X. Nusq; enim

Falsa Lutheri excusatio.

dicit

dicit Aug. ſicut dicit Lutherus. In puero poſt baptiſmum remanere peccatum, & fomitem remorari animam ab ingreſſu cœli, etiam ſi nullum aſſit peccatum actuale. Nec affirmat Auguſt. ſicut affirmat Lutherus in aſſertione ſui articuli ſecundi, quod libido ſeu concupiſcentia carnis in ſanctis parentibus, dum generant, ſit uere peccatum, & non ſolum defectus aut pœna peccati, ſed etiam culpa. Auguſt. uero ubique aſſerit contrarium. Quippe libro 1. cap. 13. ad Bonifacium Papam ſic ait. Dicimus enim baptiſma dare omniū indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala Carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, unde creſcant iterum reſecanda peccata. Et in libris contra Iulianum, concupiſcentiam carnis uocat quidem malum quoddam, ſed non peccatum. Ait enim, Omnes homines indicant laſciuiæ inſolentiam non eſſe peccatum, niſi quia concupiſcentiæ conſentitur. Nullum ne igitur malum, cui conſentiendo peccatur? Et infra. Eo malo dico coniuges caſtos bene uti, Adulteros male. Continentiam melius eo non uti, ambo dicimus, ſed ego eo malo, tu eo bono,

Aug. contrarius Luthero.

Aug. contra Iul. li. 3. c. 14.

Ib. c. 21.

Quarto. Reprobamus item ſubdolam in Auguſtinum calumniam, qua male allegatur, tanquam

De prauatus Augu

stini locus. tanquam secundum Lutheri sententiam sic dicat. Peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Nos autem iam supra ostendimus, eum plane sentire, quod baptismus auferat, non radat crimina sicut raduntur capilli, quodque in carne baptizati non remaneant radices peccatorum, sicut remanent in capite radices rasorum capillorum. Scimus praeterea ipsum met Philippũ nuper in Vuormaciensi colloquio ingenue ac publice confessum esse, quod male citatus ex Augustino locus iste fuerit, Posteaquam D. Eckius obiecerat ei, Augustinum nullibi dicere, peccatum remanere in puero baptizato post baptismũ. Quod si tamen uspiam (Apologia haec nullum indicat certum locum) uocat carnis concupiscentiam, quae post baptismum remanet, esse peccatum, certe in alio dicit sensu quã facit Lutherus. Nos scimus uarie accipi peccatum in diuersis sacrae scripturae locis, adeo ut si opus foret, possemus (absit iactantia uerbo) non solum Quatuor (sicut Roffensis Episcopus foelicis & sanctae recordationis & Ambrosius Catharinus fecerunt) sed etiam Octo, hoc est, bis Quatuor acceptiones peccati ex scripturis referre. Potest quidem carnis concupiscentia etiam post baptismum peccatum dici, tanquam ex peccato originali contracta. In quo

Vide Cochlaeum de baptismo paruulorum.

sensu

ſenſu & à Paulo Apoſtolo peccatum dicitur. Rom. 7. aut ideo quia ad peccatum inclinat, Non eſt ſecundum ſe uere peccatum, niſi uoluntas ei conſentiat, ſicut ſupra ex Auguſt. contra Iulianum relatum eſt.

Qui & in alio loco idipſum declarat his ce uerbis, ad Bonifacium Papam. Cum concupiſcentia carnis neceſſe eſt ut etiam baptizatus, & hoc, ſi diligentiſſime proficit & ſpiritu Dei agitur, pia mente cõfligat, ſed hæc, etiamſi uocatur peccatum, non utiq; quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic uocatur. Sicut ſcriptura, manus cuiuſq; dicitur, quia manus eam fecerit. Non eſt igitur concupiſcentia carnis ſecundum ſe uere peccatum in baptizato, ſicut aſſeris Lutherus; peccatũ enim per baptiſma funditus & radicitus ablatum eſt. Concupiſcentia aũt relinquitur ad exercitium uirtutis, immo etiã ad meritum, ſi ei propter honorẽ & amorem Dei fortiter ac pie reſiſtitur: ſic enim ait Aug. contra Iulianum. Quæ ſunt autem ſanctarum uirginum, ſicut appellas, glorioſa certamina, niſi quod non uincuntur à malo, ſed uincunt in bono malum?

Concupiſcentia quomodo dicitur peccatũ.

Quinto. Nõ admittimus, Proteſtantium eandem eſſe ſententiã de peccato originali, quę eſt Catholicorum tam ueterum quam recentiũ. Vna eſt Catholicorũ omniũ ſentẽtia, quod

Non remanere in puero baptiza-

re pecca- peccatũ Originale sit carentia iustitiæ origina-
tum. lis quæ inesse deberet unicuiq; homini. Quod sane peccatum per baptisma prorsus tollit, in- quantum habet rationẽ peccati. Remanet qui- dem fomes, qui à Paulo lex peccati, ab Augu- stino concupiscentia carnis dicitur, sed non est amplius peccatum post baptisma, sicut iam su pra ex August. declaratum est. Cui omnes alij Catholici consentiunt. At Lutherus, cui cõsen- tiunt, protestantes, longe aliter sentit, atq; etiã ipse met Philippus, qui se Apologiæ huius au-

Luth. in asser. art. 2. torem profitetur. Lutherus quippe ait, Eos, qui negant remanens in puero peccatum post ba- ptismum, & Christum & Paulum conculcare, uultq; peccatum, quod remanet, non esse defe- ctum duntaxat aut pœnam, sed uere peccatum & culpam. Ita quod remoretur animam, licet corpore exutam, ab ingressu cœli, quia sit uera & actualis culpa, etiamsi nullum assit aliud in

Philip. in Annot. Rom. 5. tali anima peccatum. Et Philippus alibi dixit peccatum Originale natiuam esse propensio- nem naturæ humanæ ad peccandum. Cumq; obijceretur, Baptismo deleri peccatum Ori- ginale, Respondit. In eo peccato duo esse con syderanda. Imputationem peccati quam rea- tum uocant, & peccatũ ipsum seu ipsam pro- pensionem. Imputationem tolli, peccatum ma nere. Et inde clare intelligi omnia, sanctorum

etiam, opera peccata esse. Et rursus in alio loco ait sic. Scriptura non uocat hoc originale, illud actuale peccatũ. Est enim & originale peccatum plane actualis quædam praua cupiditas. Item. Nostrorum temporum noui Pelagiani, etsi non negant esse peccatum originale, negant tamen eam esse uim peccati originalis, ut omnia hominũ opera, omnes hominũ conatus sint peccata. Hæc & id genus multa Philippus alibi, qui hic falso affirmat, Thomam, Bonauenturam, Hugonem & alios eandem habere de peccato originali opinionem, quam habent ipse & Lutherus. *Philip. in locis communibus.*

Sexto & ultimo. Non probamus (licet sæpissime in Apologia repetatur) quod peccatum Originale includat in se hos impios affectus nimiumq; horrendos morbos, & grauiora (ut ipsimet aiunt) humanæ naturæ uitia, scilicet, Ignorationem Dei. Contemptum Dei, uacare metu & fiducia Dei, odisse iudicium Dei, fugere Deum iudicantem. Irasci Deo, desperare gratiam, habere fiduciam rerum præsentium &c. Quis enim hos affectus & hæc uitia paruulis recens natis, originale peccatum in se habentibus adscribat tribuat aut imputet? Contra hanc enim sententiam sic scribit S. Augustinus ad Marcellinum. An uero & hoc quæsituri, & de hoc disputaturi, & tempus ad *In paruulis nõ sunt Impij cõtra Deũ affectus.* *Aug. de peccatorum meri*

tis lib. 1. cap. 35. hoc impensuri sumus, ut probemus atque doceamus, quomodo per propriam uoluntatem (sine qua nullum uitæ propriè potest esse peccatum) nihil mali commiserint infantes, qui propter hoc uocantur ab omnibus innocentes? Et Christus in Euangelio paruulum, propter Innocentiam & humilitatem, quæ huic ætati inest, statuit in medio suis Apostolis intuendum, qui de maioritate inter sese contendebant, & dixit. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum Matth. 18. Et rursus Marc. 10. Indigne tulit, quod Apostoli increpabant & comminabantur eis qui offerebant paruulos, & ait. Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum Dei &c. Sic & Paulus 1. Corinth. 14. ait Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote. Sic

1. Pet. 2. & Petrus ad innocentiam paruulorum recens natorum exhortatur fideles, dicens. Deponentes igitur omnem maliciam & omnem dolum & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles & sine dolo, lac concupiscite. Absurdũ est igitur, paruulis, qui peccato originis sunt obnoxij, tribuere tam impios affectus, contemptum Dei, odisse iudicium Dei, irasci

Deo &c. Sed & in adultis plærisque Ethnicis Turcisque & Iudæis, qui utique peccato Originali (quia fidem & baptismum Christi non habent) sunt obnoxij, non reperiuntur tam impij in Deum affectus. Certe Iudæi ex lege sciunt, Deum esse summum bonum & super omnia diligendum. Quod & Turcæ ac Saraceni unum Deum colentes sciunt, Immo & plæriq; Ethnicorum Philosophi Deū ut summū bonum dilexerunt ac uenerati sunt, ut est uidere in Mercurio Trismegisto. In Platone, in Aristotele, & in Dionysio Areopagita dum adhuc gentilis esset, qui Eclypsim solis innaturalem uidens, pendente in cruce Christo, dixisse fertur: Aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluetur. Nam & Paulus de Gentilibus loquens Rom. 1. ait. Qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim manifestauit eis. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Quum igitur supradicti fuerint in peccato Originali & nati & mortui, non potest esse uerum quod peccatum Originale contineat in se tam absurdos & impios affectus.

Originale peccatum in adultis non baptizatis.

Vide Dionys. in 2. epist. ad Polycarpum & ad Apollophonē.

Sed adhuc multo absurdius ait in locis com

Absurda Philippi sententia. munibus Philippus iste, quod carnis fructus sit tam speciosa illa Socratis aut Catonis uirtus quam Cæsaris parricidia. Tam carnis fructus sint speciosissimæ Pauli uirtutes, quibus præditus erat, priusquam Christum agnosset, quam Clodiana adulteria. Sed contra hanc absurditatem ait S. Iacobus. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Ecce non ait, à carne, sed à patre luminum. Et Paulus iam supra plane dixit, quod Deus (non caro) illis manifestauit. Quum igitur tam absurda ne Ethnicis aut Turcis quidem ex peccato originali recte adscribantur, multo sane ineptius tribuuntur ea Christianis, qui à peccato originali per baptisma sunt penitus mundati. Absurdissimum est igitur, quod propter fomitem, qui in baptizatis remanet, asserit Lutherus, Iustum in omni opere bono peccare, & Philippns, quod omnia etiam sanctorum opera sint peccata.

S. Thom. in prima secundæ q. 81. Contra huiusmodi errores certam & Catholicam nos docet ueritatem S. Thomas in plærisq; scriptis suis è quibus paucula, uelut antidoti cuiusdam loco, referre operæ preciũ fuerit. Ait sane. Secundum fidem Catholicã tenendũ est, quod primũ peccatam primi hoĩs originaliter

naliter transit in posteros propter quod etiam pueri mox nati deferuntur ad baptismum, tanquam ab aliqua infectione culpæ abluendi. Item Ex auersione uoluntatis à Deo consecuta est inordinatio in omnibus alijs animæ uiribus. Sic ergo priuatio originalis iustitiæ, per quam uoluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali. Omnis autem alia inordinatio uirium animæ se habet in peccato originali, sicut quoddam materiale. Item Peccatum originale est unum specie, et in uno homine non potest esse nisi unum numero: In diuersis autem hominibus est unum specie. Et non potest esse maius in uno quam in alio, Cōtingit autē uires aliquas animæ esse fortiores in uno quam in alio, propter diuersas corporis complexiones. Quod ergo unus homo sit pronior ad concupiscendum quam alter, non est ex ratione peccati originalis, sed ex diuersa dispositione potentiarum. Itē. Iustitia Originalis restituitur in baptismo quantum ad hoc quod superior pars animæ coniungitur Deo, per cuius priuationē inerat reatus culpæ. Sed non quantum ad hoc, quod rationi subijciantur inferiores uires. Ex huiusmodi.n. defectu est concupiscentia quę manet post baptismum. Et tantum de articulo secundo.

Ib. q. 82.

Idem. In quæst. de malo. Materia. 4. quæst. 2.

Articulus. III. De duabus natu-

Discussio Confess. & Apolog.

ris in una persona Christi.

DE hoc articulo necq; in Confessione necq; in Apologia ulla est discordia inter nos & illos, Vtinã et cæteri tales essent, ut nulla discussione opus foret.

ARTICVLI .IIII. V. et VI. de Iustificatione.

ISti tres articuli, quales habentur in Confessione (non quæ nuper uariata & excusa est, sed quæ Cæs. Maiestati Augustæ exhibita fuit) facile possent concordari, si non obstaret contendendi ac friuole disputandi auiditas & pertinacia, Quemadmodum Augustæ cõcordati fuerunt in septenorum colloquio, in hæc sane uerba. Iustificatio seu remissio peccatorũ fit per gratiam gratum facientem & fidem formaliter, per uerbum uero & sacramenta instrumentaliter. Nequacq; igitur necessarium fuisset in Apologia, tam prolixam (utpote plus cq; xl. folijs) disputationem hac de re, nempe de iustificatione, scribere aut instituere. Nemo enim Catholicorum negat, hominem iustificari fide.

Iustificari

Iustificari autem sola fide (sicut asserit Apologia) non attestatur scriptura, neque ullum Concilium, neque ulla sanctorum patrum autoritas. Quin potius contrarium expresse docet S. Iacobus, ubi ait. Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semet ipsa. Et S, Augustinus contra hoc de sola fide scandalosum dogma, integro disputat libro, quem de fide & operibus inscripsit. Vbi sic ait, Videamus iam illud, quod excutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putauerint, Bene autem uiuere, bonis operibus uiam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum, non intellectis quibusdam sub obscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere, faciamus mala ut ueniant bona. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut percepta ac professa fide opera iustitię cõtemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiamsi legis opera nõ precesserint: sequuntur enim iustificatum, non pręcedunt iustificandum. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apostolicæ Epistolæ. Petri, Iohannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut uehementer astruant,

Falsum et scandalosum dogma de sola fide.

Iac. 2.

Aug. de fide et operibus. c. 14.

Ro. 3.

Falsa opinio de fide.

fidem

fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus, non qualemlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem plane dicit, quã Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides (inquit) quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quæ suf-
1. Cor. 13 ficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat, ut dicat. Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem au
Iac. 2. tem non habeam, nihil sum. Iacobus autem uehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad salutem, ut illos etiam dæmonibus comparet, dicens, Tu credis quoniã unus est Deus, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt? Quid uerius, breuius, uehementius dici potuit? Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est, Quousq; igitur falluntur, qui fide mortua sibi uitam perpetuam pollicentur. Hæc Aug. Ex quibus sane perspicuũ est, dogma hoc de sola fide multo plus mali & scandali & peperisse olim & parere nunc, q̃ ędificationis aut boni.

Dogma Lutheri generaliter damnatum. Non placet igitur nobis, tã crebro repetita uerborũ asperitas, qua ꝓscindũtur quidã Theologi, qui iussu Cæsaris ad eorum confessionẽ responderunt. Quandoquidem Cæsar ipse simul cum omnibus Imperij Principibus & statibus antiquæ & Catholicæ fidei, eorum respõ

sionem

ſionem cõprobauerunt in publico receſſu, ubi & dogma iſtud de ſola fide reiecerunt, ac diſerte interdixerũt ne prędicetur aut doceatur amplius. Si ergo propter hoc dogma, tanꝙ inique reprobatum, maledicendum aut expoſtulandum eſſet, non ſolũ cõtra paucos illos Theologos, quos Dogmatiſtæ iſti pro peculiaribus habent aduerſarijs (cum tamen generaliter totus orbis Catholicorũ in hoc eis aduerſetur) ꝙ contra Cæſarem & plurimos Imperij Principes ac ſtatus, Quinimmo & contra S. Auguſtinum atꝗ etiam contra Apoſtolos Paulum Petrum. Iacobũ &c. conqueri expoſtulare aut conuiciari poſſent, quia ij omnes dogma hoc iã olim damnauerunt.

Deinde non probamus impudens calumniandi ſtudium, quo tam multa falſo imputantur illis Theologis, Illud præſertim, ꝙ perſeſe inuidioſiſſime queritur Apologia, illos negare, ꝙ fides iuſtificet, ubi data opera omittit hanc uocem ſola, De qua una eſt tota iſta contentio, Theologi enim illi nequaꝗ negant fidem iuſtificare, ſed negant ſolam fidem iuſtificare. Nimis igitur inuidioſe in eos ait Phillippus, Qui negant fidem iuſtificare, nihil niſi legem, aboliro Euangelio et abolito Chriſto, docent. Item Aduerſarij noſtri ſimpliciter abolent gratuitã promiſſionẽ, cum negãt, ꝙ Fides iuſtificet &c. *Maligna calũnia.*

Vana

Vana est igitur tot ex scripturis locorum allegatio de fide, Cum nullus illorum locorum loquatur aut testetur de sola fide, De qua est ipsa principalis quęstio & contentio. Omnes enim Theologi, quantumuis orthodoxi & Catholici, ultro concedunt, hominem iustificari fide. Nullus autem dicit aut concedit, sola fide iustificari hominē, Tum quia scandalosa est ea propositio ad populum, Tum etiam quia est simpliciter falsa, Nam & alia multa, quę fides non

Scandalosa propositio.

sunt, ad iustificationem conferunt. Certe quod scandalosa sit ista propositio, ne Philippus quidē ipse aut Lutherus negare potest, Ambo. n. hoc attestati sūt iāpridē ante annos .xij. In Visitatiōe Saxonica. Lutherus Teuthonice. Philippus latine, In hęc sane uerba. Pastores debent exemplum Christi sequi, qui quoniam pœnitentiam & remissionem peccatorum docuit, debent & ista pastores tradere Ecclesijs. Nūc uulgare est, uociferari de fide, & tamen intelligi quid sit fides non potest nisi prędicata pœnitentia. Plane uinum nouum in utres ueteres infundunt, qui fidem sine pœnitentia, sine doctrina timoris Dei, sine doctrina legis prædicant, & ad carnalem quandam securitatem assuefaciunt uulgus. Ea securitas est deterior quam omnes errores

Hie. 6.

antea sub Papa fuerunt. Hoc genus concionatorum describit Hieremias, & uituperat eos dicunt.

qui dicunt, pax pax, & non est pax. Hæc Philippus olim, qui nunc tam prolixe de sola fide contendit, Cum probe sciat, quanto remissior ad omne opus bonum inde factus sit uniuersus sectarum populus.

Quia autem ea propositio sit etiam falsa simpliciter. ex sacris literis facile probatur, Nam et alijs multis rebus, quę non sunt fides, adscribitur iustificatio, & quidẽ longe potius iusti usqꝫ q̃ fidei. In primis Deo & eius gratiæ atqꝫ misericordię. Christo item redemptori ac mediatori & eius morti ac resurrectioni. Sacramentis præterea, prę sertim Baptismo & Pœnitentiæ. Spei item & Charitati, Bonis deniqꝫ operibus religiosæ pietatis & conuersationis, ut timori Dei, Orationibus, Eleemosynis &c. De Deo inquam ait Esaias. Iuxta est qui iustificat me. Et Paulus. Quos uocauit hos & iustificauit. Item Deus est qui iustificat, qui condemnet? De gratia testatur idem Apostolus dicens Iustificati gratias per gratiã ipsius. De misericordia ait psalmista, in misericordia tua uiuifica me, Et Daniel. Neqꝫ. n. in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciẽ tuã sed in miserationibus tuis multis. De Christo ait Iohannes in sua Canonica. Ipse est propitiatio ꝓ pc̃tis nostris. Et Paulus. Mediator dei & hominũ homo Chr̃s Iesus, Itẽ, per redẽptionẽ quæ est

Multa sunt quæ iustificãt. — *Esa. 50.* — *Ro. 8.* — *Ro. 3.* — *Psal. 118* — *Dan. 9.* — *1. Ioh. 2.* — *1. Tim. 2.* — *Ro. 3.*

quæ est in Christo Iesu,quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius.
Rursus de morte eius ait idem Apostolus, Re-
Ro.5. conciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et
Ro.4. de eius resurrectione ait idem Paulus. Tradi-
1.Cor.6. tus est propter delicta nostra & resurrexit pro-
1.Pet:3. pter iustificationem nostram. Item De Baptis-
mo ait idẽ Apostolus. Et hęc quidem aliquan-
Luc.13. do fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis. iusti-
Ro.8. ficati estis. Et Petrus. Quod & uos similis for-
Prou.10 mæ saluos facit baptisma. De pœnitentia testa
Iac.4. tur ipse Dominus, dicens. Nisi pœnitentiã ege-
1.Pet.4. ritis omnes similiter peribitis. De Spe ait Pau-
Eccle.1. lus. Spe salui facti sumus. Item Spes non con-
fundit. De Charitate, ait sapiens. Vniuersa deli
cta operit charitas. Et Iacobus atq; etiã Petrus. Charitas operit multitudinem peccatorũ. De timore Domini ait Ecclesiasticus. Timor Domini expellit peccatum. Item Religiositas custodit & iustificat cor. De Oratione, Eleemosyna & ieiunio longum foret omnia scripturę testimonia referre, sufficiant igitur, breuitatis gra
Tob.12. tia, Duo aut tria. Certe Tobias ait, Bona est
Act.10. oratio cum ieiunio. Et angelus ad Cornelium,
Dan.4. Orationes tuæ & Eleemosynæ tuę ascenderũt in memoriam in conspectu Dei. Item Daniel ad regem Babylonis, Peccata tua Eleemosynis redime, Iacobus deniq; ait. Multũ ualet depre-

catio iusti assidua. Simpliciter igitur falsum est ꝙ sola fides iustificet. Nam & alia multa ad iustificationem concurrunt aut conducunt, atq; etiam necessaria sunt. *Iac. 5.*

Cæterum si abesset dissentiendi & contradicendi studiũ, facillime possit sedari ac tolli scandalosa hęc de sola fide cõtentio, Orthodoxi.n. omnes admittunt & creduut, hominem iustificari fide, non sane qualibet, sed ea quæ per dilectionem operatur, ut Paulus docet, Quare superfluum est friuolũq; & inutile ac minime necessarium, immo scandalosum, perniciosumq; & damnabile, tam prolixe ac pertinaciter contendere de sola fide, contra Cæsaris Edictum, contra Imperialem recessum, cõtra scripturas, contra sanctos Patres, contra totam Ecclesiam in graue populorum scandalum, cum grauissimo deniq; peccato schismatis, quod sane tantum est, teste Cypriano, ut ne sanguine quidem dilui queat. *Cõtentio inutilis et perniciosa.* *Gal. 5.* *Cyprianus de simplicitate prelatorum.*

Quod si exactius discutiendum sit reprobũ dogma istud de sola fide, facile probari potest, ꝙ implicet cõtraditionem & destruat seipsum, Protestantium namq; Concionatores non intelligunt per fidem Qualitatem aliquam nudã ociosam & solitariam, atq; informem, sed uestitam ac decoratam spe & charitate, actiuã & efficacem bonorum operum, ut non sit sola *Implicatio Cõtradictionis.*

aut solitari seu monacha (ut quidam eos deri-det) sed sit subnixa & comitata alijs uirtutibus & bonis operibus, si debeat iustificare, Quomodo igitur sola fides iustificat, cum sola non

Iac.2. sit. Si enim sola est, mortua est (ut ait Iacobus) in semetipsa, & uiuificare aut iustificare nequaquam potest, Esset igitur sola & non sola, iustificaret & non iustificaret.

Quod autem Apologia negat Dilectionem

Charitas & opera iustificare, contradicit sacrae scriptu-

iustificat. rae & uerbo Dei. Ait enim praedilectus Christi discipulus Ioannes. Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Item Qui facit iu

1. Iohan. stitiam, iustus est. Et uas electionis Paulus. Si

3.&.4. habuero omnem fidem, ita ut montes transferam,

1.Cor.13 ram, charitatem autē non habuero, nihil sum. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia

Rom.13. sperat, non agit perperā. Item. Qui diligit pro-

Luc.11. ximum, legem impleuit, Plenitudo ergo legis est dilectio. Et ipse Christus in Euangelio. Date eleemosynā; & ecce omnia munda sunt uobis. Quinimo S. Augustinus, contra Pelagiū scribens, in libro de natura & gratia, ausus est dicere sic. Per spiritum sanctum infunditur charitas, in cordibus nostris, qua una iusti sunt quicunq; iusti sunt, Ipsa est enim uerissima, plenissima, perfectissimaq; iustitia. Haec & id genus multa de charitate contra Pelagium Augustinus

gustinus. Qui & in alio libro inter alia multa sic ait. Charitas est salus morum, finis cælestium preceptorum, mors criminum, uita uirtutum, uirtus pugnantium, palma uictorum, arma sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum, fine qua nullus Deo complacuit, fructuosa in pœnitentibus etc.

Augu. de laudibus charitas.

Scripturæ ergo loca, que prolixe allegat Apologia, nihil faciunt aut testantur cõtra charitatem pro sola fide. Et inique accusat Orthodoxos de merito & de bonis operibus. Nemo enim Catholicorũ dicit, ut illa falso queritur de nobis, ꝙ sine Christo aut sine fide mereamur aut assequamur iustificationem aut remissionẽ peccatorũ per merita aut opera nostra, scimus enim Christum dixisse, Sine me nihil potestis facere. Et nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum, Et Paulum. Non sumus sufficientes cogitare aliquid á nobis quasi ex nobis. Et impossibile est sine fide placere Deo. Meræ sunt igitur imposturæ & calumniæ, quibus decipitur populus simplex, quando queritur per multa folia Philippus, contumeliã fieri Christo & eius meritis, si non admittatur hæc de sola fide doctrina.

Calumnia in Catholicos.

Io. 15. & 6.

2. Cor. 3.

Heb. 11.

Quinimo per hãc nouã doctrinã maxima fit contumelia Christo, tum quia per eã scindit

Contumelia in christum.

nefario schismate corpus eius quod est Ecclesia, Tũ quia contra omnem scripturam spoliat Christum uero iudicio, & cæcum ex eo iudicẽ
Psal. 61. facit. Etenim utriusq; testamenti scriptura testa
Matt. 16. tur ac docet, Christum Dominum reddere unicuiq; iuxta opera eius. Noua autem doctrina ista docet impudentem falsamq; & temerariã quandam fiduciam, & nouam fidem, qua sola iustificetur homo, dummodo credat sibi remitti peccata propter Christum, Sic enim docet in Babylone sua Lutherus, q; homo Christianus, siue baptizatus tam diues sit, ut etiam uolens non possit perdere salutem suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere quia nulla peccata possint eum damnare nisi sola incredulitas. Cętera (inquit) omnia, si redeat uel stet fides in promissionem diuinam baptizato factam, in momento absorbentur per eandem fidem.

Phil. In annotationibus super Iohãnem. Sic & Philippus turpissime simul & falsissime exponens tum Euangelium Iohannis tum Epistolas Pauli, docet, nullo operũ respectu credendum esse in Christum. Et Iudęos & Gręcos omnes sub peccato esse, Id est. Neminẽ neq; bona opera saluant, neq; damnant mala, sed saluat fides, dãnat incredulitas, Regnũ Christi est (inquit) iustificare spiritu & saluare credentes, nullo uel bonorũ uel malorum operum respectu. Item, Sicut Euangelio sola fides iustitia est, ut

ſcilicet ſi omnia omnium peccata feceris, tamẽ credis miſereri tui patrem propter Chriſtum, ſaluus ſis. Ita econtra Euangelio ſola incredulitas peccatum eſt &c.

Vidimus autem non ſine multo dolore & gemitu, quales iam ſupra. xx. annos fructus tulerit hoc nouum Euangelium. In antiquo autem Euangelio iudicat Dominus ſecundum opera, dicens ad bonos, Eſuriui & dediſtis mihi manducare: Ad malos uero, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Non ſufficit igitur ſola fides, quę nihil aliud eſt ꝙ impudens fiducia, ſed requiritur uera fides quæ per dilectionem operatur. Vere enim in Chriſtum credere eſt mandata eius ſeruare, quia &, ipſe cœpit facere & docere. Valeat igitur & in malam crucem abeat ſola fides, & redeat uera fides, per dilectionem operans, qua iuſtificati ac ſaluati ſunt ſancti patres & maiores noſtri. *Nouũ Euangeliũ antiquo contrariũ* *Matt. 25.* *Ioh. 14.* *Act. 1.*

Vellemus & eam ab eis omiſſam eſſe iniuriam, qua non ſolum ſuos (ut putant) aduerſarios, ſed etiam S. Hieronymum reprehendunt et accuſant Proteſtantium Concionatores, ex eo ꝙ noſtri dicunt, hominem non eſſe certum, nec certo ſcire aut credere, ꝙ ſit in gratia Dei & placeat Deo, De hoc. n. habemus certam & expreſſam ſcripturã in Eccleſiaſte, quia neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit. Et in Iob. *Neſcit homo ſe placere Deo.* *Eccle. 9.* *Iob. 9.*

 Verebar

Verebar omnia opera mea. Item uere scio, quod
Psal. 18. itá sit,& quod non iustificatur homo compositus
Prou. 28 Deo,Et in psalmista, delicta quis intelligit? Ab
1. Cor. 4. occultis meis munda me,& ab alienis parce ser
Calumnia uo tuo. Denique in prouerbijs recte dicitur, Bea
tus homo qui semper est pauidus. Et adhuc
apertius ait apostolus. Nihil mihi cõscius sum
sed nõ in hoc iustificatus sum. Quamuis uero
hæc ita habeant,sintque uerissima, falsum est ta-
mẽ, quod nos Catholici doceamus, hominem du-
bitare de misericordia aut de promissione Dei.
Scimus quidem et firmissime credimus,tum im
mensam esse Dei misericordiã, tum certissimas
esse promissiones Christi, sed non oportet nos
credere, quod simus misericordia Dei,et promissio
nibus Christi digni, quia multus & uarius est
defectus ex parte nostri,Iuxta illud Dauidicũ.
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. Ideo pe
Psal. 15. timus beatam uirginem et cæteros sanctos ora
re pro nobis, ut digni efficiamur promissioni-
bus Christi. Non docemus item de bonitate
& clementia Dei dubitare,nec de efficacia et uir
tute sacramẽtorum aut clauium Petri,sed hor-
tamur homines semper esse in timore Dei & ni
hil de se presumere,nec se dignos et gratos Deo
superbe aut temere iudicare,quia ait Iohannes.
1. Ioh. 1. si dixerimus quia peccatum non habemus,ipsi
nos seducimus,& ueritas in nobis non est. Sic
Daniel

Daniel ait ad Nabuchodonosor regem, Consi *Dan. 4.*
lium meum Rex placeat tibi, Peccata tua elee-
mosinis redime, & iniquitates tuas misericor-
dijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis
tuis, sic et Iohel propheta ait. Quis scit, si cōuer *Iohel. 2.*
tatur & ignoscat Deus, Et hoc idem habet Io *Ionæ. 3.*
nas quoq; propheta. Sic & Petrus dixit Simo *Act. 8.*
ni mago. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequi
cia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi
hæc cogitatio cordis tui.

Et per hæc responsum fit etiam ad. xx. articulum Confessionis, qui est de fide & operibus. In summa, non dicimus, q̄ sola fides iustificet, nec dicimus, Opera sine fide aut opera sola iustificant, nec dicimus opera nostra esse meritoria remissionis peccatorum, sine Christo aut sine sacramentis, Dicimus tamē bona opera quę precedunt iustificationem disponere, promouere multumq; conducere ad propiciationem placationemq; Dei & peccatorum remissionē per gratiā et uirtutem sacramētorū consequendam, non tamen sine Christo aut sine fide, uti falso imputat nobis Apologia. In qua sane nimis atrox et à mansuetudine Christiana Euangelicaq; doctrina longe aliena in Catholicos ista profertur calumnia uerius q̄ sententia. Maledicti sint (inquit) Pharisæi, *Epilogus de iustificatione.*

 aduersarij

aduersarij nostri qui legem ita interpretantur, ut operibus tribuant gloriam Christi, uidelicet quod sint propiciatio, quod mereantur remissionē peccatorum, Nusquam autem sic dicimus nos. Quod ut nobis credatur, operę precium fuerit S. Thomam Aquinatem (quē ipsimet inter scholasticos Theologos pro precipuo habent) in testē sanę doctrinę nostrę producere, Eius itaque uerba sunt hęc. Homo per sua naturalia nō potest producere opera meritoria proportionata uitę ætérnę, sed ad hoc exigitur altior uirtus, quę est uirtus Gratiæ. Et ideo sine gratia non potest homo mereri uitam æternam. Item. Homo non potest se præparare ad lumen gratiæ suscipiendum, nisi per auxilium gratuitū Dei, interius mouentis. Nihil enim potest homo facere nisi à Deo moueatur, secundum illud Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et ideo cum dicitur homo facere quod in se est, dicitur hoc esse in potestate hominis secundum quod est motus à Deo, Hominis quidem est preparare animum, Prouer. 16. quia hoc facit per liberum arbitrium, sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei mouentis & ad se attrahentis. Homo igitur nullo modo potest surgere à peccato per seipsum sine auxilio gratiæ. Hæc & id genus multa S. Tho. de gratia, sine qua opera meritoria facere no possumus.

S. Tho. in prima secundæ q. 109. art. 5. & 6.

Articuli

ARTICVLI VII. & VIII. De Ecclesia.

IN Confessione breuis satis & plana uidetur eorum sententia. In Apologia uero multa præter necessitatem uerbositas dissensiones inuoluit. Cæterum Albertus Pighius exactissime hos discussit & resoluit nuper articulos in Controuersia Tertia. Quare opus non est, longa hic ad eos responsione. Hoc unũ precipue admonendum est, maximo cum animarum periculo rebellare cunctas hoc tẽpore sectas Ro. Ecclesiæ, quæ à Catholica separata nunquam fuit. Neq; ulla Ecclesia, gens aut natio per totũ orbem terrarum usquam aut unquam pro Catholica & uere Christiana habita est, quæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ sedi rebellis aut aduersaria fuit. Si quis hoc non credit, is nobis ostendat contrarium si potest. Si non potest, desistat tot fidelium animas per damnabile schisma Diabolo in fauces inferni ad æterna suppli cia crudeliter impellere & addicere, ac seipsum tot animarum reum in perpetuũ facere. Supremam namq; Rom. Pontificis in Ecclesia potestatem ostendit innumeris testimonijs & rationibus Pighius libris sex bene prolixis de Ecclesiastica Hierarchia, & Primatum Petri libris

Rom. Ecclesiæ rebellare est certus animarũ interitus.

Tribus D. Io. Eckius, quibus nemo ex nouis sectis hactenus respondit. Necq; iuste responde re, ac tot testes scripturasq; & rationes confuta re ullus unquam poterit.

Septē de Ro. Eccle sia testi monia. Nos hic breuitatis gratia propter simplicio res paucissimis idipsum comprobabimus testi monijs fide dignis & irrefragabilibus. Quorū primum Christi sit Matt. 16. Tu es Petrus, & su

I. per hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Quisquis igitur Petro & successoribus eius ad uersatur, is Christi quocq; Ecclesiæ aduersatur, & ad regnū eius pertinere non potest, ad quod

II. claues Petro dedit. Secundū itidem Christi esto Ioh. 21. Simon Ioānis diligis me plus his? pasce oues meas, Dixit hæc uerba Dn̄s Petro in cæte rorum Apostolorū conspectu & præsentia, eū unice alloquens, atcq; etiam cōparatione (dicēs plus his) à cæteris distinguens. Et per hoc cla re indicans, neminem pro oue Christi haben dum esse, aut in grege ouilique eius numeran dum, qui nolit pasci à Petro et successoribus ei

III. us. Tertium sit Irenæi uetustissimi scriptoris et

Irenæus lib. 3. c. 3. Martyris atcq; Pontificis Christi, qui inter alia permulta, quæ in hæreticos disserit, sic ait. Ad hanc (Romanam scilicet) Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est con uenire oēm Ecclesiam, hoc est, omnes qui sunt undicq; fideles. Hinc sane sequitur, eos non esse

uere fideles, qui ad Ro. Ecclesiam conuenire no lunt. Quartum sit Ambrosij nobilissimi autoris & Archiepiscopi, qui fratris sui Satyri gesta narrans, inter cætera sic refert. Aduocauit ad se Episcopum, percontatusque ex eo est, utrũ nam cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret, Non enim putauit fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiã non tenerent; cuius patiebantur uelut quosdã artus diuidi & membra lacerari. Quintum sit Augustini ex eius contra epistolam Manichęi libro. In Catholica (inquit) ecclesia, ut omittã syncerissimam sapientiam (ad cuius cognitionem pauci spiritales in hac uita perueniunt) multa sunt alia quę in eius gremio me iustissime teneant, tenet consensio populorũ atque gentiũ: tenet autoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, uetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit) usque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia (Romana uidelicet) sola obtinuit, ut cũ oẽs hęretici se Catholicos dici uelint, quærenti tamen peregrino

IIII. Ambro. de excessu fratris c. 7

V. Aug. c. 4

grino alicui, ubi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum ad Basilicam suam uel domũ audeat ostendere.

VI. Sextum sit ex publicis Rom. Imperatorum legibus, quę in primo Codicis titulo referuntur. Inter quas una Iustiniani ad Ioannem Papam sic habet. Ideoq; omnes sacerdotes uniuersi Orientalis tractatus & subijcere & unire sedi uestræ sanctitatis properauimus, quæ Caput est omnium sanctarum Ecclesiarum.

C. de sum ma Trini. L. 1. et L. nos reddētes.

VII. Septimum sit ipsius met Lutheri, qui omnium defectionum & schismatum huius temporis primus & precipuus est autor. Is autē in medio furoris sui cursu, ubi cõtra Anabaptistas Teuthonice scripsit, inter cætera sic ait, fatemur namq; sub Papatu plurimum esse, boni Christiani, immo omne bonum Christianum. Dico in super (ait) sub Papa ueram esse Christianitatē, immo uerũ nucleum Christianitatis. Hinc itaq; sequitur, eos, qui sub Papa seu Papatu esse nolunt, reipsa nihil habere de bonis Christianorum, & ad ueram Christianitatem non pertinere. Hæc pauca testimonia sufficiũt. utiq; omnibus, qui aures audiendi habent, & quibus animarum salus curæ est. Qui autem in profundum maliciæ uenerunt, omnia contemnunt, etiamsi Mille aduersus se testimonia producta uiderent. De quibus queritur Psalmista, dicens. Nolunt intelligere ut bene agerent. His

Prou. 18.
Psal. 35.

itaq;

itaq; tanquam potioribus & ad salutem neces-sarijs fideli admonitione præmissis, ad uerbo-sas Apologiæ prolixitates breuiter responde-bimus.

Ecclesia Militans & Triumphans

Primum igitur inique ac petulanter Syco-phantas uocat Theologos, qui responderant. In Ecclesia esse bonos & malos, sicut in area triticum & paleas. Ne quis putaret, sanctos dun-taxat in Ecclesia esse, eo quod Confessio dixe-rit, Ecclesiã esse congregationẽ sanctorũ. Eam autem illorum admonitionem non frustra nec absq; causa factam esse, cognoscit lector ex eo facile, quod Apologia multa producit scriptu-ræ loca, quæ non militanti (in qua boni & ma li sunt) sed triumphanti (in qua malis locus nõ est) conueniunt, Ea præsertim, quæ ex Pauli e-pistola ad Ephe. c. 5. profert. Necessarium itaq; fuit, à Theologis adduci ex scripturis alia loca, quæ conueniunt Ecclesiæ militanti. Qualia sunt Matth 3. 13. & 25. ca. De area, in qua sunt paleæ tritico permixtæ. De sagena, in qua sunt pisces boni & mali. De agro, in quo sunt cum tritico zizania. De uirginibus, Inter quas. Quinq; sunt fatuæ & Quinq; prudentes &c.

Vnitas Ecclesiæ.

Deinde. Non recte ait Confessio, quod ad ueram unitatem Ecclesiæ satis sit, consentire de doctrina Euangelij & administratione sacra-mentorum. Nam schismatici in ijsce cum Ca-

Et consimili dexteritate, immo fraude & improbitate allegat glosam, nescio quam, ex grandi uolumine Decretorum dicens. Et in decretis inquit glosa Ecclesiam large dictam complecti bonos & malos. Item malos nomine tantũ in Ecclesia esse, non re. Bonos uero re & nomine.

Qui mali sunt extra Ecclesiam. Ad hæc dicimus. Non omnes peccatores aut malos ab Ecclesia excludi. Si enim dixerimus nos peccatum non habere, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est, ut inquit Ioannes

1.Ioh. 1. Apostolus. Dicimus namq; in Ecclesia quotidie bene & recte. Dimitte nobis debita nostra. Et ipse Dñs ait. Quid me interrogas de bono?

Matt. 19 Vnus est bonus Deus. Excluduntur autem ab Ecclesia Chri᷑ij peccatores & mali, Infideles scilicet, qui non sunt Christo per baptismũ incorporati. Quales sunt Iudæi, Turcę. Pagani, Item Hæretici, Apostatæ, schismatici, qui relicta fide Ecclesiæ, mendacia sequuntur.

Ecclesia uiuũ corpus Christi. Rursus ait Philippus, Necesse est Ecclesiam definiri quæ est uiuum corpus Christi, quia regnum Christi est iustitia cordis & donatio spiritus sancti, non externa politia. Dicimus sane & nos, Ecclesiã esse uiuũ corpus Christi, quod spiritu Dei uiuificatur & regitur. Sed nõ oportet omnia eius membra uiuere uita charitatis et gratiæ gratum facientis. Alioqui non essent Ecclesiæ membra ij qui mortaliter peccant, in

Ecclesia. Intelligitur itaque uita membrorum secundum diuersa dona spiritus, ad utilitatem totius corporis data. De quibus ait Apostolus ad Rom. 12. Habentes donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes. Et ad Corinthios. Diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae &c. Viuunt igitur Ecclesiae membra per spiritum sanctum, secundum diuersa eius dona; quorum alia sunt ex gratia gratum faciente, alia ex gratia gratis data, per quam suum peragunt in Ecclesia ministerium ad utilitatem totius corporis. 1. Cor. 12

Amplius obijcit Philippus in Apologia. Regnum Christi distinctum esse contra regnũ Diaboli. Impios autem pertinere ad regnum Diaboli. Ideo non pertineant ad Ecclesiam quae est regnum Christi. Ad haec dicimus. Impios generaliter dici omnes qui contra Deum mortaliter peccant. Non tamen pertinent statim ad regnum Diaboli qui in Ecclesia mortaliter peccant, quamdiu sub uno pastore in Ecclesiae unitate manent. Non enim plenam in eos potestatem habet Diabolus, sicut habet in infideles aut in haereticos & alios ab Ecclesia eiectos & satanae traditos. Qui autem intra *Regnum Christi et regnum Diaboli.*

Eccleſiæ ſepta manent,licet per peccatum mortale charitatem amiſerint,habent tamen adhuc fidem & ſocietatem in ſacramentis & ritibus cum reliquis Eccleſiæ membris,quorum opitulatione remiſſionem peccatorum & gratiam
Eze. 18. conſequi facilius poterunt. Quibus ait Dominus per Ezechielem prophetam. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Quia nolo mortem morientis. Reuertimini & uenite. Non eſt igitur mox Diaboli regno addicendus is qui in Eccleſia mortale perpetrat peccatum, ſed dicit ei Apoſtolus.
Ephe. 5. Exurge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.

Platonica ciuitas. Ait ulterius Philippus,qui Apologiæ ſe autorem dicit. Neque uero ſomniamus nos Platonicam ciuitatem,ut quidam impie cauillantur,ſed dicimus exiſtere hanc Eccleſiam,uidelicet uere credentes ac iuſtos ſparſos per totum orbem. Et addimus notas,puram doctrinam Euangelij & ſacramenta. Et hæc Eccleſia ꝑprie eſt colūna ueritatis,hęc ille. Nos uero Catholici adhæc dicimus. Eos uere ſomniare
Luth. de abrog. miſſa pri. Platonicam ciuitatem, dum approbant Lutheri ſui ſententiam,dicentis. Quis Eccleſiam illam nobis monſtrabit,cum ſit occulta in ſpiritu, & ſolū credatur, ſicut dicimus,Credo Ec-

cleſiam

clesiam sanctam. Et Philippus facit hic Ecclesiam, omnes absq; pastore, multitudinem uagam sub nullo in terris capite unitam. Neque tamen ueretur, talem dicere columnā ueritatis. Cui & arrogat puram doctrinam Euangelij & sacramenta. Quasi non fuerit antea pure prædicatum Euangelium, sicut impudenter alicubi gloriatur Lutherus. Etiam Apostolorum temporibus non fuisse tam clare prædicatum Euangelium. Sed dicimus ad hæc. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quæ namq; sectarum non arrogat sibi similia? Nam quo iure suæ sectæ arrogant Lutherani puram doctrinam & sacramenta, eodem iure arrogant ea sibi Zuingliani, Pighardi. Anabaptistæ, & aliæ sectæ Acephalæ. Christus autem noluit oues suas ita uagari absq; pastore. Proinde discessurus ex hoc mundo ad patrem, constituit eis pastorem Petrum, sub cuius cura & potestate clauium omnes esse debeant quicunq; pro Christi ouibus haberi uolunt.

Luth. in sermo.

Arrogantia sectarum.

Iohan. 21

Quæ ulterius in aduersarios subiungit Philippus, meræ sunt calūniæ, quas probare nunquam poterit. Ideo responsione non indigent. Quæ uero de traditionibus affert, commodius discutientur infra, circa articulum xx. ubi de illis præcipue tractatur.

ARTICVLVS IX.

De Baptismo.

Articulus iste neque in Confessione neque in Apologia quicquam habet incommodi. Nisi quod Apologia falso gloriatur, nullos in eorum Ecclesijs extitisse Anabaptistas. Cum longe uerius sit, eam sectã è Lutheri scriptis ortum habere, atque adeo ex primo illo articulo, quem ante annos XX. legitimo examine in pleno Consistorio Romae damnauit Leo Papa Decimus. Sic enim haeretica, licet usitata, esset sententia, (sicut affirmat ille articulus) sacramenta nouae legis dare gratiã ijs qui nõ ponunt obicẽ, eo quod sola fides iustificet, ut Lutherus cũ suis male sentit pertinaciterque contendit: Frustra baptizarentur paruuli, qui per sese, dum baptizantur, nihil credunt aut intelligunt neque de sacramento baptismi neque de promissione Christi, neque per infantiam sciunt quid ibi cum ipsis agatur aut fiat. Quinimo plorant & resistunt, quantulum per infirma & tenera corpusculi recens nati membra possunt, flebili uagitu repugnantiã suam confitentes. Quos tamen pulchre excusant sacri Doctores nostri. Dionysius Areopagita, Cyprianus et August. & baptizatos inter fideles recte cõnumerant.

Falsa de Anabaptistis iactantia.

Dionys. de Eccle.

Durus

Durus autem paruulorum Censor & inhumanus Iudex Lutherus, non solum asserit in paruulis baptizatis remanere peccatum quod uere sit culpa adhuc & non solum defectus aut pœna. Verum etiam ausus est publice suadere, si uerum sit, quod infantes non habent fidem, melius fore, ut non baptizentur, quo usque fidem acquirant. Certe ante hanc Lutheri sententiam, de Anabaptistarum secta nihil prorsus audiebatur, quã ille tam inauspicato quam falso protulit Anno Domini M.D.XXII. In hæc sane uerba. Quin asserimus, inquit, paruulos prorsus non esse baptizandos, si uerum est eos in baptismo non credere, ne illudatur Maiestatis sacramentum & uerbum.

hierar. c. 7. Cyprian. in epist. ad fidum. Aug. de peccatorum meritis & remiss. Luth. in Cochleũ. Duæ contrariæ sententiæ Luth. de bap. infantium.

Postea uero, ubi uidit inualescere istam Anabaptistarum sectam, quæ suos adultos rebaptizat tanquã antea non recte baptizatos & paruulos à baptismo abstinet eo q̃d fide careant, scribens contra eos, totam hanc de fide & baptismo mutauit sententiam, dicens, securissimũ baptismum esse baptismum paruulorum quia non possunt fallere sicut possunt adulti. Et congratulatur sibi ipsi, gratias Deo agens, qd' paruulus sit baptizatus, siue tũc crediderit siue nõ, quia non sit defectus in baptismo. In fide autẽ semper sit defectus. Non igitur super fidẽ sed super præceptũ dei debeamus baptizari, quia

præceptum Dei semper est iustum & certum, fides autem potest deficere & incerta esse. Quin immo ait ibi. Eum, qui super fidem se baptizari facit, esse non solum incertum sed etiam Idololatram & abnegatorem Christi.

Cum igitur Anabaptistarum errorem & sectam primus excitauerit ipse Lutherus, saltem occasionaliter, uane gloriatur contra Catholicos in Apologia Philippus, quod in ipsorum Ecclesijs nulli fuerint Anabaptistæ. Tum quia autores sectæ, nō Catholici, sed Lutherani fuerunt, quando sic insanire cœperunt. Tum quia in facto & reipsa contrarium manifestum est. Constat enim & in Saxonia & in Turingia & in Hassia plurimos passim Anabaptistas fuisse, & carceribus proscriptionibusq; & exilijs punitos esse.

Articulus X. De Eucharistia.

ETsi breuis est iste articulus in uerbis, multa tamen in eo desyderamus. Cōperimus enim fœdam ibi Exemplarium uarietatē, ac fraudulentam data opera (ut suspicari licet) uerborum mutationē in Confessione. Quemadmodum in uia præparatoria clare ostensum ac declaratū est. In Apologia uero turpiter contradicit sibi ipsi Philippus. Nam bis ibi dicit,

Philip. cōtrarius sibi ipsi.

quod

quod corpus & sanguis Christi uerę exhibean‑
tur cum illis rebus quæ uidentur, pane et uino.
Interim tamē allegat ex Catholicis autoribus
panem & uinū mutari. Id. n. testatur (inquit)
Canon Missæ apud Græcos, in quo apte orat
sacerdos, ut mutato pane ipsum corpus Christi
fiat. Et Vulgarius, scriptor non stultus, diserte
inquit, panem non tantum figuram esse, sed ue‑
re in carnem mutari. Hæc ibi.

Quid ergo dicamus nos ad hæc aliud quam quod prædixit S. Iacobus, ubi ait. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uijs suis. Item. Vbi est zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Vere namque Zuingliani sunt ac plane hæretici, quicunque Transsubstantiationē pertinaciter negāt. Tum quia manifestæ determinationi & sententię Catholicæ Ecclesiæ contradicunt. Quandoquidē ipsa met Apologia fatetur non solum Romanam, sed & Græcam Ecclesiam docere, panem mutari in corpus seu carnem Christi. Hoc est autem Transsubstantiari. Tum quia sine tali mutatione, neque adesse potest substantialiter corpus Domini, neque uerificari sacratissimum illud uerbum Christi. Hoc est corpus meū. Nunquā eñ uere dici potest. Hoc. Idest hic panis naturalis seu materialis (quē pistor fecit) est corpus Christi, sicut stulte & impie cō‑

Iac. 1. et 3

Extra de summa Trinitate & fide Cath. Ex *Concilio latera.*

Hoc est corpus meum.

 tendit

aduersarij nostri qui legem ita interpretantur, ut operibus tribuant gloriam Christi, uidelicet ꝙ sint propiciatio, ꝙ mereantur remissionē pec catorum, Nusꝗ autem sic dicimus nos. Quod ut nobis credatur, operę precium fuerit S. Thomam Aquinatem (quē ipsimet inter scholasticos Theologos pro precipuo habent) in testē sanę doctrinę nostrę producere, Eius itaq; uerba sunt hęc. Homo per sua naturalia nō potest producere opera meritoria proportionata uitę æternę, sed ad hoc exigitur altior uirtus, quę est uirtus Gratiæ. Et ideo sine gratia non potest homo mereri uitam æternam. Item. Homo non potest se præparare ad lumen gratiæ suscipiendum, nisi per auxilium gratuitū Dei, interius mouentis. Nihil enim potest homo facere nisi à Deo moueatur, secundum illud Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et ideo cum dicitur homo facere quod in se est, dicitur hoc esse in potestate hominis secundum quod est motus à Deo, Hominis quidem est preparare animum, Prouer. 16. quia hoc facit per liberum arbitrium, sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei mouentis & ad se attrahentis. Homo igitur nullo modo potest surgere à peccato per seipsum sine auxilio gratiæ. Hæc & id genus multa S. Tho. de gratia, sine qua opera meritoria facere no possumus.

S. Tho. in prima secundæ q. 109. art. 5. & 6.

Articuli

ARTICVLI VII. & VIII. De Ecclesia.

IN Confessione breuis satis & plana uidetur eorum sententia. In Apologia uero multa præter necessitatem uerbositas dissensiones inuoluit. Cæterum Albertus Pighius exactissime hos discussit & resoluit nuper articulos in Controuersia Tertia. Quare opus non est, longa hic ad eos responsione. Hoc unū precipue admonendum est, maximo cum animarum periculo rebellare cunctas hoc tēpore sectas Ro. Ecclesiæ, quæ à Catholica separata nunquam fuit. Neq; ulla Ecclesia, gens aut natio per totū orbem terrarum usquam aut unquam pro Catholica & uere Christiana habita est, quæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ sedi rebellis aut aduersaria fuit. Si quis hoc non credit, is nobis ostendat contrarium si potest. Si non potest, desistat tot fidelium animas per damnabile schisma Diabolo in fauces inferni ad æterna supplicia crudeliter impellere & addicere, ac seipsum tot animarum reum in perpetuū facere. Supremam namq; Rom. Pontificis in Ecclesia potestatem ostendit innumeris testimonijs & rationibus Pighius libris sex bene prolixis de Ecclesiastica Hierarchia, & Primatum Petri libris

Rom. Ecclesiæ rebellare est certus animarū interitus.

Tribus D. Io. Eckius, quibus nemo ex nouis sectis hactenus respondit. Necq; iuste responde re, ac tot testes scripturasq; & rationes confuta re ullus unquam poterit.

Septē de Ro. Ecclesia testimonia. Nos hic breuitatis gratia propter simplicio res paucissimis idipsum comprobabimus testi-moniis fide dignis & irrefragabilibus. Quorū primum Christi sit Matt. 16. Tu es Petrus, & su

I. per hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Quisquis igitur Petro & successoribus eius ad-uersatur, is Christi quocq; Ecclesiæ aduersatur, & ad regnū eius pertinere non potest, ad quod

II. claues Petro dedit. Secundū itidem Christi esto Ioh. 21. Simon Ioānis diligis me plus his? pasce oues meas, Dixit hæc uerba Dn̄s Petro in cęte rorum Apostolorū conspectu & præsentia, eū unice alloquens, atq; etiam cōparatione (dicēs plus his) à cæteris distinguens. Et per hoc cla-re indicans, neminem pro oue Christi haben-dum esse, aut in grege ouilique eius numeran-dum, qui nolit pasci à Petro et successoribus ei-

III. us. Tertium sit Irenæi uetustissimi scriptoris et *Irenæus lib. 3. c. 3.* Martyris atq; Pontificis Christi, qui inter alia permulta, quæ in hæreticos disserit, sic ait. Ad hanc (Romanam scilicet) Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est con-uenire oēm Ecclesiam, hoc est, omnes qui sunt undicq; fideles. Hinc sane sequitur, eos non esse

uere

uere fideles, qui ad Ro. Ecclesiam conuenire no lunt. Quartum sit Ambrosij nobilissimi autoris & Archiepiscopi, qui fratris sui Satyri gesta narrans, inter cætera sic refert. Aduocauit ad se Episcopum, percontatusq́ ex eo est, utrū nam cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret, Non enim putauit fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiā non tenerent, cuius patiebantur uelut quosdā artus diuidi & membra lacerari. Quintum sit Augustini ex eius contra epistolam Manichęi libro. In Catholica (inquit) ecclesia, ut omittā syncerissimam sapientiam (ad cuius cognitionem pauci spiritales in hac uita perueniunt) multa sunt alia quę in eius gremio me iustissime teneant, tenet consensio populorū atq́ gentiū: tenet autoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, uetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit) usq́ ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia (Romana uidelicet) sola obtinuit, ut cū oēs hęretici se Catholicos dici uelint, quærenti tamen pere-

IIII. Ambro. de excessu fratris c. 7

V. Aug. c. 4

grino

grino alicui, ubi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum ad Basilicam suam uel do-
VI. mũ audeat ostendere. Sextum sit ex publicis
C. de sum Rom. Imperatorum legibus, quę in primo Co-
mæ Tri- dicis titulo referuntur. Inter quas una Iustinia-
ni. L. 1. et ni ad Ioannem Papam sic habet. Ideoq; omnes
L. nos sacerdotes uniuersi Orientalis tractatus & sub
reddētes. ijcere & unire sedi uestræ sanctitatis propera-
uimus, quæ Caput est omnium sanctarum Ec-
VII. clesiarum. Septimum sit ipsius met Lutheri,
qui omnium defectionum & schismatum hu-
ius temporis primus & precipuus est autor. Is
autẽ in medio furoris sui cursu, ubi cõtra Ana
baptistas Teuthonice scripsit, inter cætera sic
ait, fatemur namq; sub Papatu plurimum esse,
boni Christiani, immo omne bonum Christia-
num. Dico in super (ait) sub Papa ueram esse
Christianitatẽ, immo uerũ nucleum Christiani
tatis. Hinc itaq; sequitur, eos, qui sub Papa seu
Papatu esse nolunt, reipsa nihil habere de bonis
Christianorum, & ad ueram Christianitatem
non pertinere. Hæc pauca testimonia sufficiũt.
utiq; omnibus, qui aures audiendi habent, &
quibus animarum salus curæ est. Qui autem in-
Prou. 18. profundum maliciæ uenerunt, omnia contem-
Psal. 35. nunt, etiamsi Mille aduersus se testimonia pro-
ducta uiderent. De quibus queritur Psalmista,
dicens, Nolunt intelligere ut bene agerent. His

itaq;

itaq; tanquam potioribus & ad salutem necessarijs fideli admonitione præmissis, ad uerbosas Apologiæ prolixitates breuiter respondebimus.

Primum igitur inique ac petulanter Sycophantas uocat Theologos, qui responderant. In Ecclesia esse bonos & malos, sicut in area triticum & paleas. Ne quis putaret, sanctos duntaxat in Ecclesia esse, eo quod Confessio dixerit, Ecclesiã esse congregationẽ sanctorũ. Eam autem illorum admonitionem non frustra nec absq; causa factam esse, cognoscit lector ex eo facile, quod Apologia multa producit scripturæ loca, quæ non militanti (in qua boni & mali sunt) sed triumphanti (in qua malis locus nõ est) conueniunt, Ea præsertim, quæ ex Pauli epistola ad Ephe. c. 5. profert. Necessarium itaq; fuit, à Theologis adduci ex scripturis alia loca, quæ conueniunt Ecclesiæ militanti. Qualia sunt Matth 3. 13. & 25. ca. De area, in qua sunt paleæ tritico permixtæ. De sagena, in qua sunt pisces boni & mali. De agro, in quo sunt cum tritico zizania. De uirginibus, Inter quas. Quinq; sunt fatuæ & Quinq; prudentes &c. *Ecclesia Militans & Triumphans*

Deinde. Non recte ait Confessio, quod ad ueram unitatem Ecclesiæ satis sit, consentire de doctrina Euangelij & administratione sacramentorum. Nam schismatici in ijsce cum Catholicis *Vnitas Ecclesiæ.*

tholicis consentiunt, ad Ecclesiæ autem unitatem non pertinent, quia Ecclesiam per schisma scindunt, quantũ in se est. Nisi igitur assit obedientia erga summum Ecclesiæ pastorem & Pontificẽ, non sufficit ad Ecclesiæ unitatẽ consensus in doctrina & sacramentorum administratione. Quemadmodũ grauiter ac prolixe

Cypriãus declarat in plerisq; epistolis Cyprianus, copiosissime uero in eo tractatu quem de simplicitate Prælatorum inscripsit. Ideo enim Christus unum constituit ouium suarum pastorẽ Petrum præ cæteris Apostolis, ut sciremus Ecclesiæ unitatem dependere ab uno pastore supremo, cui omnes alij per obædientiam coniungerẽtur, ne ulla essent schismata inter Ecclesiæ

Hieronymus. membra. Vnde & Hieronymus recte ait contra Luciferianos sic. Ecclesię salus in summi sacerdotis dignitate ac ueneratione consistit: cui si non exors quędam & ab omnibus eminens detur potestas: tot in ecclesijs efficientur schismata, quot sacerdotes. Qui & in alio loco, nempe in quadam ad Damasum Papam epistola sic ait. Ideo mihi Cathedram Petri, & fidẽ Apostolico ore laudatam, censeo consulendam. Ego nullum primum nisi Christũ sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri, communione consocior. Super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicunq; extra hanc domum

agnum

agnum comederit, prophanus est. Siquis in arca Noę nō fuerit, peribit regnāte diluuio. Hęc Hiero. Cui & supradicta Ambrosij et Augustini uerba consentiunt & alludunt. Quibus et tota astipulatur ecclesia. Interim uero in sectis nouis neq; in doctrina neq; in sacramētorū administratione consensum uspiam stabilē seruari uidemus. Sed obijcit nobis in Apologia Philippus quædam uerba Hieronymi, nō indicās locum ubi quęri ac inueniri debeant, Quasi uero facile sit cuilibet lectori, uel omnia memoriter retinere quę scripsit Hieronymus, uel omnia eius opera inquirendo reuoluere. Vtitur autē maligna improbitate ista persępe, In Augustini quoq; & Ambrosij Chrysostomiq; allegationibus, Epiphanij item & id genus aliorum Ecclesiæ Doctorum, qui permulta & ampla scripserunt uolumnia. Idq; facit (ut suspicamur) ne aduersarij depræhendant corrupte aut peruerse aliquid allegatum esse, ne ue cito inspicere queant quid ea uerba, quæ ipse obijcit, precedat et qd sequatur, ex quib9 possit genuinus allegationis sensus liquido cognosci. Verba itaq; Hieronymi, quæ allegat, sic habent. Qui ergo peccator est, aliqua sorde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici.

Malignæ allegationes.

Et consimili dexteritate, immo fraude & improbitate allegat glosam, nescio quam, ex grandi uolumine Decretorum dicens. Et in decretis inquit glosa Ecclesiam large dictam complecti bonos & malos. Item malos nomine tantũ in Ecclesia esse, non re. Bonos uero re & nomine.

Qui mali sunt extra Ecclesiam. Ad hæc dicimus. Non omnes peccatores aut malos ab Ecclesia excludi. Si enim dixerimus nos peccatum non habere, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est, ut inquit Ioannes
1. Ioh. 1. Apostolus. Dicimus namq; in Ecclesia quotidie bene & recte. Dimitte nobis debita nostra.
Et ipse Dñs ait. Quid me interrogas de bono?
Matt. 19 Vnus est bonus Deus. Excluduntur autem ab Ecclesia Chrĩi peccatores & mali, Infideles scilicet, qui non sunt Christo per baptismũ incorporati. Quales sunt Iudæi, Turcę. Pagani, Item Hæretici, Apostatæ, schismatici, qui relicta fide Ecclesiæ, mendacia sequuntur.

Ecclesia uiuũ corpus Christi. Rursus ait Philippus, Necesse est Ecclesiam definiri quæ est uiuum corpus Christi, quia regnum Christi est iustitia cordis & donatio spiritus sancti, non externa politia. Dicimus sane & nos, Ecclesiã esse uiuũ corpus Christi, quod spiritu Dei uiuificatur & regitur. Sed nõ oportet omnia eius membra uiuere uita charitatis et gratiæ gratum facientis. Alioqui non essent Ecclesiæ membra ĳ qui mortaliter peccant, in

Ecclesia,

Ecclesia. Intelligitur itaque uita membrorum secundum diuersa dona spiritus, ad utilitatem totius corporis data. De quibus ait Apostolus ad Rom. 12. Habentes donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes. Et ad Corinthios. Diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae &c. Viuunt igitur Ecclesiae membra per spiritum sanctum, secundum diuersa eius dona; quorum alia sunt ex gratia gratum faciente, alia ex gratia gratis data, per quam suum peragunt in Ecclesia ministerium ad utilitatem totius corporis. 1. Cor. 12

Amplius obijcit Philippus in Apologia. Regnum Christi distinctum esse contra regnũ Diaboli. Impios autem pertinere ad regnum Diaboli. Ideo non pertineant ad Ecclesiam quae est regnum Christi. Ad haec dicimus. Impios generaliter dici omnes qui contra Deum mortaliter peccant. Non tamen pertinent statim ad regnum Diaboli qui in Ecclesia mortaliter peccant, quamdiu sub uno pastore in Ecclesiae unitate manent. Non enim plenam in eos potestatem habet Diabolus, sicut habet in infideles aut in haereticos & alios ab Ecclesia eiectos & satanae traditos. Qui autem intra *Regnum Christi et regnum Diaboli.*

Ecclesiæ septa manent, licet per peccatum mortale charitatem amiserint, habent tamen adhuc fidem & societatem in sacramentis & ritibus cum reliquis Ecclesiæ membris, quorum opitulatione remissionem peccatorum & gratiam consequi facilius poterunt. Quibus ait Dominus per Ezechielem prophetam. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Quia nolo mortem morientis. Reuertimini & uenite. Non est igitur mox Diaboli regno addicendus is qui in Ecclesia mortale perpetrat peccatum, sed dicit ei Apostolus. Exurge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Christus.

Eze. 18.

Ephe. 5.

Ait ulterius Philippus, qui Apologiæ se autorem dicit. Neque uero somniamus nos Platonicam ciuitatem, ut quidam impie cauillantur, sed dicimus existere hanc Ecclesiam, uidelicet uere credentes ac iustos sparsos per totum orbem. Et addimus notas, puram doctrinam Euangelij & sacramenta. Et hæc Ecclesia ꝓprie est colūna ueritatis, hęc ille. Nos uero Catholici adhæc dicimus. Eos uere somniare Platonicam ciuitatem, dum approbant Lutheri sui sententiam, dicentis. Quis Ecclesiam illam nobis monstrabit, cum sit occulta in spiritu, & solū credatur, sicut dicimus. Credo Ecclesiam

Platonica ciuitas.

Luth. de abrog. missa pri.

clesiam sanctam. Et Philippus facit hic Ecclesiam, omnes absque pastore, multitudinem uagam sub nullo in terris capite unitam. Neque tamen ueretur, talem dicere columnā ueritatis. Cui & arrogat puram doctrinam Euangelij & sacramenta. Quasi non fuerit antea pure prædicatum Euangelium, sicut impudenter alicubi gloriatur Lutherus. Etiam Apostolorum temporibus non fuisse tam clare prædicatum Euangelium. Sed dicimus ad hæc. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quæ namque sectarum non arrogat sibi similia? Nam quo iure suæ sectæ arrogant Lutherani puram doctrinam & sacramenta, eodem iure arrogant ea sibi Zuingliani, Pighardi. Anabaptistæ, & aliæ sectæ Acephalæ. Christus autem noluit oues suas ita uagari absque pastore. Proinde discessurus ex hoc mundo ad patrem, constituit eis pastorem Petrum, sub cuius cura & potestate clauium omnes esse debeant quicunque pro Christi ouibus haberi uolunt.

Luth. in sermo.

Arrogantia sectarum.

Iohan. 21

Quæ ulterius in aduersarios subiungit Philippus, meræ sunt calūniæ, quas probare nunquam poterit. Ideo responsione non indigent. Quæ uero de traditionibus affert, commodius discutientur infra, circa articulum xx. ubi de illis præcipue tractatur.

ARTICVLVS IX.

De Baptismo.

ARticulus iste neque in Confessione neque in Apologia quicquam habet incommodi. Nisi quod Apologia falso gloriatur, nullos in eorum Ecclesijs extitisse Anabaptistas. Cum longe uerius sit, eam sectā è Lutheri scriptis ortum habere, atque adeo ex primo illo articulo, quem ante annos XX. legitimo examine in pleno Consistorio Romæ damnauit Leo Papa Decimus. Sic enim hæretica, licet usitata, esset sententia, (sicut affirmat ille articulus) sacramenta nouæ legis dare gratiā ijs qui nō ponunt obicē, eo quod sola fides iustificet, ut Lutherus cū suis male sentit pertinaciterque contendit: Frustra baptizarentur paruuli, qui per sese, dum baptizantur, nihil credunt aut intelligunt neque de sacramento baptismi neque de promissione Christi, neque per infantiam sciunt quid ibi cum ipsis agatur aut fiat. Quinimo plorant & resistunt, quantulum per infirma & tenera corpusculi recens nati membra possunt, flebili uagitu repugnantiā suam confitentes. Quos tamen pulchre excusant sacri Doctores nostri. Dionysius Areopagita, Cyprianus et August. & baptizatos inter fideles recte cōnumerant.

Falsa de Anabaptistis iactantia.

Dionys. de Eccle.

Durus

Durus autem paruulorum Cenſor & inhu-manus Iudex Lutherus, non ſolum aſſerit in paruulis baptizatis remanere peccatum quod uere ſit culpa adhuc & non ſolum defectus aut pœna. Verum etiam auſus eſt publice ſuadere, ſi uerum ſit, quod infantes non habent fidem, melius fore, ut non baptizentur, quo uſque fi-dem acquirant. Certe ante hanc Lutheri ſen-tentiam, de Anabaptiſtarum ſecta nihil pror-ſus audiebatur, quã ille tam inauſpicato quam falſo protulit Anno Domini M.D.XXII. In hæc ſane uerba. Quin aſſerimus, inquit, paruu-los prorſus non eſſe baptizandos, ſi uerum eſt eos in baptiſmo non credere, ne illudatur Ma-ieſtatis ſacramentum & uerbum.

hierar. c. 7. Cyprian. in epiſt. ad fidum. Aug. de peccato-rum me-ritis & remiſſ. Luth. in Cochleũ.

Poſtea uero, ubi uidit inualeſcere iſtam Ana baptiſtarum ſectam, quæ ſuos adultos rebapti zat tanquã antea non recte baptizatos & par-uulos à baptiſmo abſtinet eo q̃d fide careant, ſcribens contra eos, totam hanc de fide & bap-tiſmo mutauit ſententiam, dicens, ſecuriſſimũ baptiſmum eſſe baptiſmum paruulorum quia non poſſunt fallere ſicut poſſunt adulti. Et con gratulatur ſibi ipſi, gratias Deo agens, qd' par-uulus ſit baptizatus, ſiue tũc crediderit ſiue nõ, quia non ſit defectus in baptiſmo. In fide autẽ ſemper ſit defectus. Non igitur ſuper fidẽ ſed ſuper præceptũ dei debeamus baptizari, quia

Duæ con trariæ ſen tentiæ Luth. de bap. infan tium.

N 3 præce-

præceptum Dei semper est iustum & certum, fides autem potest deficere & incerta esse. Quin immo ait ibi. Eum, qui super fidem se baptizari facit, esse non solum incertum sed etiam Idololatram & abnegatorem Christi.

Cum igitur Anabaptistarum errorem & sectam primus excitauerit ipse Lutherus, saltem occasionaliter, uane gloriatur contra Catholicos in Apologia Philippus, quod in ipsorum Ecclesijs nulli fuerint Anabaptistæ. Tum quia autores sectæ, nõ Catholici, sed Lutherani fuerunt, quando sic insanire cœperunt. Tum quia in facto & reipsa contrarium manifestum est. Constat enim & in Saxonia & in Turingia & in Hassia plurimos passim Anabaptistas fuisse, & carceribus proscriptionibusq; & exilijs punitos esse.

Articulus X. De Eucharistia.

ETsi breuis est iste articulus in uerbis, multa tamen in eo desyderamus. Cõperimus enim fœdam ibi Exemplarium uarietatẽ, ac fraudulentam data opera (ut suspicari licet) uerborum mutationẽ in Confessione. Quemadmodum in uia præparatoria clare ostensum ac declaratũ est. In Apologia uero turpiter contradicit sibi ipsi Philippus. Nam bis ibi dicit,

Philip. cõtrarius sibi ipsi.

quod

quod corpus & sanguis Christi uere exhibeantur cum illis rebus quæ uidentur, pane et uino. Interim tamē allegat ex Catholicis autoribus panem & uinū mutari. Id. n. testatur (inquit) Canon Missæ apud Græcos, in quo apte orat sacerdos, ut mutato pane ipsum corpus Christi fiat. Et Vulgarius, scriptor non stultus, diserte inquit, panem non tantum figuram esse, sed uere in carnem mutari. Hæc ibi.

Quid ergo dicamus nos ad hæc aliud quam quod prædixit S. Iacobus, ubi ait. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uijs suis. Item. Vbi est zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Vere namque Zuingliani sunt ac plane hæretici, quicunque Transsubstantionē pertinaciter negāt. Tum quia manifestæ determinationi & sententię Catholicæ Ecclesiæ contradicunt. Quandoquidē ipsa met Apologia fatetur non solum Romanam, sed & Græcam Ecclesiam docere, panem mutari in corpus seu carnem Christi. Hoc est autem Transsubstantiari. Tum quia sine tali mutatione, neque adesse potest substantialiter corpus Domini, neque uerificari sacratissimum illud uerbum Christi. Hoc est corpus meū. Nunquā ēm uere dici potest. Hoc. Idest hic panis naturalis seu materialis (quē pistor fecit) est corpus Christi, sicut stulte & impie cō

Iac. 1. et 3

Extra de summa Trinitate & fide Cath. Ex Concilio latera.

Hoc est corpus meum.

tendit affirmare Lutherus, friuole negãs transsubstantiationẽ. Proinde etsi uerbis prolixe disputauit contra Zuuinglium et Oecolampadium, re tamen ipsa cum eis sentit & colludit.

Luth. ad Vualdenses. Et sectatores eius eo tandẽ dementiæ peruenerunt, ut nolint amplius Eucharistiã adorare, quia impie docuit Lutherus, tutius esse nõ adorare quam adorare, & aperte negauit Concomitantiam. *Idem contra Episcopum Misnensem.* Etiam demũ eo usq; in furore suæ impietatis processerunt, ut negent corpus Christi in hostia consecrata extra altaris usum pmanere. Proinde falso & impie uocant nos Idololatras, quod Corpus Domini in hostia cõsecrata retinemus in ciborijs pro cõmunicãdis infirmis, aut quando illud honorifice in Monstrantijs & processionibus circumferimus. Vindicat enim nos ab ista eorum calumnia ipsamet *Luc. 21.* ueritas, ubi ait. Cœlum & terra transibunt uerba autem mea non transibunt. Cum igitur uerba eius uere sint super hostiam consecratã prolata, nequaquam possunt uane & sine effectu transire aut in nihilum redigi.

ARTICVLVS XI. De Confeßione.

Omnia IN Confessiõe Protestantiũ circa hũc articulũ nihil foret incõmodi, si nõ subesset fraus & libido

& libido decipiendi ſimplicem populũ,qui au- *confiteri*
diens,non eſſe neceſſariã omnium delictorum *ſacerdoti.*
enumerationem in priuata Confeſſione, putat
inde,nihil ſibi nocere coram Deo, ſi non confi
teatur ſacerdoti, loco Dei omnia peccata quæ
ſcit,& de quibus conſcientia ſua ream ſe agnoſ
cit & accuſat, intuſq; erubeſcit. Sicut ait Apo-
ſtolus ad Ro. Teſtimonium reddente illis con
ſcientia ipſorum & inter ſe inuicem cogitatio- Ro. 2. & 9.
num accuſantium. Et rurſus. Quem ergo fru-
ctum habuiſtis in illis,in quibus nunc erubeſci
tis. Hoc igitur errore decipiuntur multi nunc,
dum audiunt & temere credunt, non eſſe neceſ
ſarium omnia delicta confiteri. Hoc eſt autem
nequiter prurire aures eorum, qui iſta libenter *Eſai. 30.*
audiunt,& dicunt Cõcionatoribus ſuis, loqui
mini nobis placentia. Si enim erubeſcunt in-
tus in conſcientia,multo grauius erubeſcerent
foris coram ſacerdote, ſi omnia dicerent quæ
ſciunt. Libentius itaq; credunt pſeudoprophe
tis huiuſmodi,docentibus,ꝙ non ſit opus om
nia dicere aut confiteri, q̃ uero Chriſti prophe
tæ Dauidi,dicenti, Dixi confitebor aduerſum *Pſal. 31.*
me, iniuſtitiam meam Domino,& tu remiſiſti
impietatem peccati mei. Et Eſaiæ,dicenti(ut le *Eſa. 43.*
gitur apud .lxx. Interpretes) Dic tu prius ini-
quitates tuas,ut iuſtificeris. Quid ergo hinc ſeq
tur? hoc nimirum,ſi non dixeris prius iniqui-

tates tuas,ut iustificeris,Quid ergo hinc sequitur? hoc nimirum,si non dixeris prius iniquitates tuas,iustificari non poteris.

Psa..18. At obijciunt illud Psalmistę, Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Ergo impossibile est,omnia peccata enumerare. Ad hoc dicimus nos. Etsi nō omnia peccata nostra scimus aut intelligimus,Et ideo ad confitendum occulta,quæ nos diligenti examine cordis prę missa & discussione conscientiæ iam facta adhuc latent,non tenemur. Nemo enim obligatur ad impossibile, Tenemur tamē omnia peccata dicere,que scimus, quęcunque conscientia nostra accusat & arguit,Quia si diuidimus cōfessionem, quædam peccata dicentes, quædā uero obtinentes data opera,non poterit plena esse per absolutionem in conscientia pacatio quies & tranquillitas,Remordebitur enim homo in conscientia adhuc ab ijs peccatis, quæ sponte uel per hypocrisim uel ex erubescentia omisit,Et arguet immo maledicet illum diuina scriptura,quod fraudulenter egerit in Confessione cum Deo,qui falli neque uult neque potest.

Non licet diuidere confessionem.

Hiere.48 Ideo dicetur ei illud Hieremiæ, Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, fraudulentia nimirum est,sponte subticere quædam,& data opera Confessionem dimidiare,sacerdotemque uice Dei fungentem decipere, auersari publicam

Fraudulēter opus domini facere.

publicem & tot sæculis receptam & diutissime approbatam Ecclesiæ consuetudinem confitendi, dimittere legem matris Ecclesiæ, quam publice omnium Nationum Christianarum communi consensu in generali Concilio Lateranensi statuit. Spernere denique eos, ad quos ipse Dominus ait. Qui uos spernit, me spernit, & eum qui me misit.

Apologia longe plures affert iactantias uanas quam scripturas aut rationes solidas, contra istum antiquum confitendi usum. Non enim bene sed pessime consultum est bonorum & piorum hominum conscientijs abolitione ueteris confitendi formæ, & iniunctę pœnitentiæ, Quam tot sæculis retro uniuersa tenuit Ecclesia. Quomodo potest igitur lęta aut secura esse cōscientia timorati hominis, qui scit se studiose obticuisse in confessione quędam peccata, quę rodunt ut uermis? Quemadmodū scriptum est, Vermis eorum non morietur. Fatua enim est ea fides aut fiducia, qua docent credere, propter Christum remitti peccata, etiam si sacerdoti non confitearis nec de ijs pœnitentiā agas, cū possis, Quandoquidē & Christus ipse & oīs eius Apl'i eorūque successores docuerūt & pctā cōfiteri & pro peccatis pœnitētiā agere, Sufficiat tibi, quod per Christum habes remedia, per quę liberari queas, si eis recte utaris

Extra de pœniten. et remiss. c. Omnes utriusque sexus.

Esa. 66. Mar. 9.

Fatua fides.

nempe

nempe gratiam & efficaciam sacramentorum. Quæ si neglexeris ultro, nolet Christus iniquitatis & maliciæ tuæ operculum esse, sed dicet tibi & tui similibus, qui sic credunt, etiamsi prophetauerint & miracula multa per fidem suam fecerint, Nescio uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Certe confitendi usus non est humana traditio aut res noua & heri nata. Christus ipse dixit leprosis, hoc est peccatoribus. Ite ostendite uos sacerdotibus, Item Apostolis suis. Quorū remiseritis peccata &c. Et Apostolus fraterq; Dñi Iacobus ait. Cōfitemini alterutrū peccata uestra, Et Dionysius S. Pauli discipulus, acerrime reprehendit. Demophylū Monachū q peccatorē sacerdoti confitentē pedib9 repulerat. Et quis antiquorū Patrū nō cōmendauit Exomologesim criminum, quā nos Confessionem dicimus? Nimis igitur audax est & impius, tum in Deum patrem, tum in Ecclesiam matrem, qui criminum confessionem, tanq; non necessariam, audet abolere, quæ semper in Ecclesia, tanq; neruus & custos quidam disciplinæ fuit, à Christo instituta, & ab Apostolis tradita, totq; iam sæculis per omnes Ecclesias, saltem latinas et Occidentales perpetuo seruata.

Matth. 7. *Luc. 17.* *Ioh. 20.* *Iac. 5.* *Confiteri Sacerdotibus.*

Falsa iactantia. Quod autem Philippus iactitat, apud suos frequentem esse usum & absolutionis & cœnæ

Domini,

Domini, quibus plurimi sæpe in anno utãtur. Et hinc suggillat Ecclesiæ constitutionem in cap. Omnis utriusq; sexus, Peccat in utroq;. Sunt enim apud suos per multi, & longe plures, qui in anno ne semel quidem confitẽtur & communicant, quã ij qui id sæpe faciunt. Quandoquidem Lutherus ipse de multis suorum cõquestus est, quod per septem annos neq; confessi neq; cõmunicati fuerint. Et tamen ij, qui apud eos confitentur & communicant, utrumq; nõ recte faciunt, meliusq; facerent si abstinerent quã si abutuntur, Abutuntur autẽ utroq;. Quippe confessionem mutilant, multa fraudulenter & data opera reticentes, Communicant autem in schismate irreligiose & perperam, cum sint ipso facto reuera excommunicati & extra Ecclesiæ unitatem positi.

Indigne communicantes.

Illa autem Ecclesiæ constitutio, nequaquam prohibet sæpius in anno confiteri & communicare, sed potius ad utrumq; adhortatur: præcipit autem, ut faciamus utrumq; ad minus semel in anno, Dicens itaq; ad minus semel, uellet utiq; fieri sæpius, Id quod faciunt plærique, non solum præsbiteri Monachiq; et Moniales uerum etiam honesti laici deuotæq; mulieres. Certe anteq; per nouam & carnalem Lutheri doctrinam extinctus esset timor Dei & deuotio hominum, pleriq; sacerdotes & Monachi

Sæpe confiteri.

per

per totum annum ferme quotidie confitebantur & celebrando cõmunicabant, Moniales uero ad minus per singulos menses, Laici q̃ plurimi in Natali Domini & in Pascate, pleræq; mulieres deuotę etiam in pręcipuis festis Beatę Virginis Marię, Vt certum sit, plures tunc in uno anno rite confessos & communicatos fuisse, q̃ confitentur nunc apud nouas sectas in xx. annis, Imo nulli prorsus ibi recte aut rite cõfitẽtur aut cõmunicant, uti iã dictũ est, Vanę sunt igitur huiusmodi in Apologia iactantię.

Confiteri certo tempore. Deniq; q reprehendit eandem constitutionem Ecclesiæ in hoc, q & certo tempore, nempe paschali, & omnia peccata confiteri iubet, malígne interpretatur utrumq;. Ita enim certum ibi tempus prefigitur, ut nihilominus liceat unicuiq; & extra illud tempus tum confiteri tum communicare quandocunq; uoluerit. Nec est res noua, certum prefigere tempus; Quoniã antiquissimus est totius Ecclesię usus, quo homines per Quadragesimã sese pœnitentię opibus p̃parare soliti sunt ad digne cõmunicãdũ tẽpore paschali, et per aduẽtũ ut cõmunicarẽt in festo Natalis, Id quod ex ueterũ homelijs et historijs liquide cognoscitur. Omnia autẽ pctã, nõ simpliciter omnia, quęcũq; in homine latent, sed omnia quę homo scit et agnoscit cõfiteri iubet illa cõstitutio, Iniuste igitur repre-

hendituṛ

prehenditur. Quemadmodum & Summistę inique redarguuntur propter circumstantias peccatorum, ij enim non de omnibus, sed de ijs tantum circumstantijs loquuntur, quę peccatũ grauant aut etiam aliam peccati speciem super addunt, sicut faciunt ij qui propter pecuniam aut furtum adulterantur aut occidunt,

Confiteri Circumstantias.

ARTICVLVS XII. De Pœnitentia.

IN hoc quoq; articulo, si non obstaret pertinax & innouandi & contradicendi conuiciandiq; studium & libido, facile parari posset concordia. Quemadmodum Augustæ olim inter septem & septem in colloquio super hoc concordatum fuit, In hæc sane uerba, quæ Philippus ipse dictauit. Non recusamus Tres partes pœnitentiæ ponere, scilicet Contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiæ agnito peccato. Confessionem, sed in hac oportet respicere ad absolutionem & illi credere. Non enim remittitur peccatum, nisi credatur, quod propter meritum passionis Christi remittatur. Tertia pars est Satisfactio,

scilicet

scilicet digni fructus pœnitentiæ. Hęc ille Augustæ, qui paulo post in Apologia prolixe per xxij. folia, improba nugacitate multas sine causa effudit calumnias, conuicia & maledicta, quę uirum bonum & grauē minime decent. Qualia sunt ista.

Calūniæ in Theologos.

1. Hæc est (inquit) propria uox Euangelij, ꝙ fide cōsequamur remissionem peccatorum. Hanc uocem Euāgelij damnant isti scriptores Confutationis. At non damnant illi hanc uocem, sed istam, ꝙ sola fide cōsequamur re. pec. Et hæc falsa additio, pro qua sine fine contendit uerbosissime Philippus, neq; in Euangelio neq; in Paulo usq; habetur.

2. Rursus ait. Et potestatem Clauium impie extenuant. Sed reuera nemo magis extenuat illam, q̄ ij qui Claues Petri derident, & cuilibet etiam laico absoluendi potestatem tribuunt, cōtempta sacerdotum Catholicorum & legitime ordinatorum potestate et officio.

3. Item. Tota (inquit) hæc doctrina apud aduersarios plena est errorum & hypocrisis, & obscurat beneficium Christi, potestatem clauium, et iustitiam fidei. Hæc quidem dicit, sed minime probat, nisi apparenter & in speciem per ea quę falso eis imputat. Qualia sunt, Sacramētum pœnitentiæ ex opere operato cōferre gratiam sine bono motu utentis. Item, ꝙ oporteat

satisfactiones

ſatiſfactiones eſſe opera ſupererogationis & indebita. Item, ꝙ ad deletionem peccati ſola deteſtatio criminis ſufficiat. Item, ꝙ poteſtas clauium ualeat ad remiſſionem criminum, non coram Deo, ſed coram Eccleſia. Sed quis unquam aut uſpiam legit hæc & ſimilia in libris Catholicorum? Certe nullus eorum aſſerit, ueram eſſe pœnitentiam ex opere operato, ſi ſit ſine bono motu utentis, aut ꝙ ſatiſfactiones ſint opera indebita & ſupererogationis, Cum ſint pro peccatis impoſitæ & maxime debeantur? Inſignis eſt igitur malicia, ſic calumnari Theologos, ut plebs amplius decipiatur.

4. Quinimo & in ſummum Pontificem, & quidem iam diu uita functum, calumniæ gladium (ſicut ait Pſalmiſta, lingua eorum gladius acutus) ſtringit & exerit dicens; At Bulla Leonis aperte damnat hunc articulum de remiſſione peccatorum, Damnant & aduerſarij in Confutatione, Qua ex re apparet qualis ſit Eccleſia iudicanda iſtorum, Qui non ſolum decretis improbant hanc ſententiam, ꝙ remiſſionem peccatorum conſequamur fide, ſed etiam iubent eam ui ac ferro abolere, Iubent omni genere crudelitatis perdere uiros bonos, qui ſic ſentiunt. Hæc autem calumnia (quæ ſæpiſſime ab illo repetitur) iam ſupra confutata eſt quoniam nemo Catholicorum negat, fide con

sequi hominem remissionē peccatorum, Omnes enim sciunt & fatentur, fide opus esse ad re.
Heb. 11. pec. Quia impossibile est sine fide placere Deo. Recte autē negant falsam additionem noui dogmatis, quod sola fide iustificemur aut consequamur re. pec. Quia non sufficit sola fides, sed requirūt etiā opa pœnitētię. Vniuersa.n. scriptura tam noui quam ueteris Testamēti clamat et hortatur ad opera pœnitentię seu ad agendam pœnitentiā, Quid est.n.aliud, agere pœnitentiā quam
Opera pœnitentiæ. opera pœnitentię facere? Pessime igitur & maliciosissime excludit Apologia hæc opera pœnitentię tanquam haud necessaria ad consequendā re.pec.crebrerrima repetitione, ingeminās hāc suam, uelut Cuculi, uocem. Sola fide consequimur re. pec. propter Christū, non propter opera nostra. Christus.n.nequaquam excludit, sed ualde serio requirit opera nostra, opera pœnitentiæ. Prima.n.uox eius in Euāgelio est ista. Pœ-
Matth. 4 nitentiā agite, appropinquabit.n.regnū cęlorū
Luc. 13. Et seuerissima comminatione ait bis, in uno et eodem sermone. Nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Sic & precursor eius magnus ille pœnitentiæ prędicator, Ioannes Baptista, similiter exorsus est predicationē suā & quidē eisdem uerbis, quibus ipse Dominus suū exorsus est Euangeliū, Agite (inquit) pœnitentiam, appropinquabit.n.regnū cęlorum.

Item Ego baptizo uos in pœnitentiã. Item, facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. Sic & magnus Euangelij prędicator Paulus increpãs neglectorem pœnitentię ait. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit, et mox addit de operibus q̃ deus reddat unicuiq; secundũ opera sua, Sic & dilectus ille secretorũ Dei inspector, Ioãnes in Apocalypsi ait, Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. *Matth. 3.* *Luc. 3.*

Sic omnes post illos sancti & Catholici Doctores prędicauerunt studiosissime opera pœnitentię, Quorũ preclara testimonia permulta recitantur & à Petro Longobardo in Quarto libro sententiarũ & à Graciano in septẽ De pœnitentia distinctionibus, quæ & lectu iucundiora & fructu utiliora longe sunt q̃ est nugax & uerbosa hæc de pœnitentia apologia, In qua sibi ipsi placet fœda Philautia Philippus, dũ calumniose reprehẽdit Catholicos, et fraudulẽter negligentes operũ pœnitentię reddit populos, ac nouitate uerborum ueram & antiquam de pœnitentia sententiam atq; doctrinam sanctorum patrum obscurat & inuertit, Contra diuinum illud Oraculum, Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, Maiores tuos & dicent tibi. Longe igitur & securius & fructuosius est, ueram de pœnitentia cognitionẽ *Malignitas Phil.* *Deut. 32.*

& Dei sententiam addiscere ex libris & ser⸗monibus Ecclesiæ Doctorum, Cypriani, Am⸗brosij, Augustini, Chrysostomi &c. q̃ ex hoc tędioso & prolixo Apologiæ uerborum in⸗uolucro.

Nouator improbus

Certe omnes Ecclesię Doctores tam noui q̃ ueteres uno ore & sensu posuerũt Tres partes pœnitentiæ, Contritionem cordis, Confessio⸗nem oris & satisfactionem operis. Nouatores autem isti ponunt duas duntaxat partes, Con⸗tritionem & fidem. Quasi hæc Duo sufficiant ad perfectã pœnitentiam & ad consequendam remissionẽ peccatorum, etiam si peccator neq; cõfiteatur sacerdoti, nec ulla satisfactionis ope ra faciat. Hęc libenter audiunt carnales et noui Christiani, & facile credunt atq; recipiunt. Vn de fit, ut in eorum Ecclesijs nulla sint amplius opera pœnitentię, Qualia olim fuerunt, etiam tempore Apostolorum.

Act. 2.

Euseb. In hist. eccle lib. 2. c. 17.

Antiquorum pœnitentia.

In quanta enim abstinentia uixerint homi⸗nes in primitiua Ecclesia, ex Philone Iudęo, qui tunc uixit, recitat in Ecclesiastica historia Euse⸗bius, Abstinuerunt enim & à uino & à carne qualibet. Tantum aqua fuit eis potus, et panis cum sale aut Isopo cibus, Cibum uero potum⸗q; nullus eorum capiebat ante Solis occasum, Nonnulli autem etiam post triduum ueniebãt in communionem cibi, Imo aliqui nec Quarto nec

nec Quinto, ſed ſexto demum die non tam de ſyderatum q̃ neceſſarium, corpori indulgebāt cibum. Sic & Paulus Apoſtolus ait, In labore & ærumna, in uigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis. Ab his autē operibus adeo longe facti ſunt per nouum iſtud de pœnitentia dogma Proteſtantiū populi, ut nullo prorſus die ieiunent per totius anni circulum, niſi forte ſanitatis gratia, & omnibus diebus ueſcātur carnibus, etiam in ſacra Paraſceue et per totam Quadrageſimam. 1. Cor. 11

Nullam autem poterunt in die Iudicij excuſationem habere, q sic contemnunt, poſthabēt & irrident Eccleſiæ ieiunia & antiqua opera pœnitentiæ, ij maxime, qui adeo turgent & inflati ſunt ſcientia ſcripturarū, cunctos eccleſiæ Doctores & Theologos pre ſe contemptui habentes, ut non uereantur uel antiquiſſimos Patres de ſatiſfactione docentes aut ſtatuentes reprehendere. Non enim ignorant, qualia fuerint pœnitentiæ opera Dauid Regis & prophetæ. Et Achab regis Iſrael & Manaſſe Regis Iuda. Et Niniuitarum ad predicationem Ionæ prophetæ, Merito igitur exhorreſcere et timere deberent, ſi ulla eis eſſet ſalutis animarū cura, illud uerbum Iudicis. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in

Inexcuſabiles pœnitentiæ contemptores.

2. Re. 12. 3. reg. 21. 2. para. 33 Ione. 3 Matth. 12

prædicatione Ionæ.

Cypri. In ser. de lapsis, Qualia autem olim fuerint pœnitentiæ opera, ex Cypriano recitare operæprecium fuerit. Orare (inquit) oportet impensius & rogare, diem luctu trāsigere, uigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, stratos solo ad hærere cineri, in cilicio uolutari & sordibus &c, Qualia & S. Athanasius in uita Diui Antonij, Grego. Nazianzenus in oratione funebri pro Gorgonia sorore sua. Item S. Hieronymus de uita Paulæ nobilis Matronæ Romanæ permulta commemorat. Et Augustinus in libro de uera pœnitentia, & id genus alij complures antiqui celebresq́ doctores & præcipua uetustissimaq́ Concilia, præcipue Nicenum (quod ob hoc non uerentur reprobare Lutherus & Philippus) & Ancyranum, & Canones Pœnitentiales Theodori aliorumq́ insignium uirorum, quos referre longum foret, Recitantur autem non nulli à Gratiano in uolumine Decretorum. 33. q. 2. c. Latorem. Nobis hic sufficiat, q́ ipsemet Dominus in Euangelio exprobrat quibusdam Matth. 11 Ciuitatibus, quia non egerunt pœnitentiam. Quam utiq́ in cinere & cilicio acturæ fuissent Tyrus & sydon, si Christi uirtutes & signa uidissent, quæ uiderunt Ciuitates illæ.

Poterunt et ex ore ipſius Lutheri, qui eſt præcipuus noui cõtra ſatiſfactiones dogmatis autor, iuſtiſſime damnari. Sic enim ſcripſit in eo, quam contra Bullam Leonis Papæ .x. edidit, aſſertione. Eccleſia (inquit) mater, pio affectu preuentura manum Dei, caſtigat filios ſuos ſatiſfactionibus quibuſdam, ne incurrant flagella Dei, ſicut Niniuitæ operibus ſuis ſpontaneis præuenerunt Iudicium Dei. *Luth. In aſſertione art. 5.*

Hæc pœna eſt arbitraria, non in totum, ut illi uolunt, ſed tamen neceſſaria. Nam aut nos aut homines aut Deus punit peccata. Quod illi per indulgentias tollunt omnino, Cũ ſi eſſent pij paſtores, potius imponerent pœnas, & Eccleſiæ exemplo præuenirent Deum, ſicut Moſes eum præuenit occidendo filios Iſrael, propter peccatum uituli aurei. Optimum autem fuerit, ſi nos ipſos puniremus. *Exo. 32.* Hæc ibi. Quę Auguſtæ in Colloquio ex ſcheda quadam recitata, mox Philippi uultum rubore ſuffuderunt, oſq; eius, quod contra ſatiſfactiones loquebatur, obturauerunt, Quare & hic poſſent ei obijci, ſi non eſſet iam fronte perfricta, Cui dicit Hieremias, frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. *Hiere. 3.*

Et adhuc iuſtius obijcerentur ipſi Luthero ſi adeſſet, quia & ipſe perſæpe contrariũ ſcripſit, *Luth. cõtrarius ſibi ipſi.*

presertim in sua postilla magna, & in paruo, quem contra sacrum Canonem Missę scripsit, libello, ubi sic ait. Quilibet concludere sciat, quod omnia opera nostra, quæ ideo intenduntur, ad agendam pœnitentiam pro peccatis, atque ad effugiendam mortem, ea omnia blasphęma sint, quæ blasphęmant Deum, & uituperant sacrificium, quod Christus peregit, eiusque sanguinē. Quandoquidem per ea id efficere uolūt, quod solus Christi sanguis efficiat necesse est. Hæc & id genus multa Lutherus contra pœnitentiæ opera, quem hic sequitur Philippus, cæcus, cęcum, quos infœlix & ingens cęcorum multitudo stulte sequitur, Quare omnes in foueā ęternę damnationis cadent, nisi resipiscant, Quia tota scriptura prędicat opera pœnitentiæ, ut dictum est. Neque illa sanguini aut morti Christi derogant detrahuntue quicquam, sed per sanguinem et mortem Christi efficacia et Deo grata fiunt, Neque ideo passus est Christus, ut nos pro peccatis nostris pœnitentiam nō agamus, sed ut opera pœnitentiæ credentibus in eum per meritum passionis eius efficacia placabiliaque fiant, quæ sine illa coram Deo sufficere non possent.

Necessaria sunt opera pœnitentiæ.

Sed non debemus morte Christi abuti per falsam & inanem fidē (quā Philippus fiduciā uocat) tanquam sit nobis peccantibus Asylum

quoddam

quoddam iniquitatis & licentiæ, ad quod confugientes nihil teneamur pro peccatis nostris facere, sicut stulte putarunt in parabola Quinque uirgines fatuæ, quæ non sumpserunt oleũ secum. Et illi, qui in nomine Christi prophetare & signa facere potuerunt. Quia licet per fidẽ dicerent, Domine Domine, tamen audierunt sibi dici. Nescio uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Non uult itaq; Christus per mortem suam esse nobis neq; operculum turpitudinis neq; asylum iniquitatis, sed ideo passus est pro nobis, ut sequamur uestigia eius. Tanto igitur magis ad opera pœnitentiæ pro peccatis nostris quæ post baptismum fecimus, tenemur, quanto per ea sumus Christo redemptori nostro magis ingrati, quasi rursum crucifigentes nobis filium Dei, & ostentui habentes præciosum sanguinem eius, quẽ semel pro peccatis nostris in ara crucis obtulit, ut nos semel in morte eius baptizati & à peccatis abluti, de cætero peccatis nõ amplius inquinaremur. Si autem iterum inquinamur, pro summa erga nos bonitate & misericordia sua, in salutem nobis reliquit sacramentum pœnitentię, per quod à peccatis purgemur ac liberemur, tanquam per secundam tabulam (ut uocat S. Hieronymus) naufragij.

Matt. 25

Ib. 7.

1. Pet. 2.

Heb. 6.

Rom. 6.

Sed ad hæc irascetur & maledictis insurget Calũnia.

aduersum nos,& dicet in Apologia sua Philippus. Deus perdat istos impios Sophistas tam scelestе detorquentes uerbum Dei ad sua somnia uanissima. Ad quod responsum uolumus, quod non sunt somnia nostra, sed uerba sobria solidæ ueritatis, uerba Catholicæ Ecclesiæ (quæ columna & basis ueritatis à Paulo dicit) uerba Dei è sacris scripturis prolata, & omnium sanctornm patrum, Generaliumque Conciliorum unanimi consensu approbata. Cæterum uere uana & inania sunt somnia portentosæ illæ uerborũ nouationes, quibus utitur Apologia ista in superbia & abusione, in mendacio & execratione sua. Quibus ante nullus patrum aut Theologorum usus est.

1. Tim. 3

Nouitas loquendi de pœnitentia. Qualia sunt hæc. Dicimus Contritionem esse ueros errores conscientiæ, quæ Deum sentit irasci peccato & dolet se peccasse. In his terroribus aduersarij nostri nihil de fide dicũt. Ita tantum proponunt uerbum quod arguit peccata. Quod cum solum traditur, doctrina legis est, non Euangelij. His doloribus ac terroribus dicunt homines mereri gratiã, si tamen diligunt Deũ &c. Quis aũt Catholicorũ unquã ita docuit aut locutus est? sed neq; scriptura sacra usquam sic loquitur, sed ait sic. Rugiebã à gemitu cordis mei. Itẽ Cor contritũ & humiliatũ Deus non despicies. Hoc est opus cõtritiõis. Rursus

Psal. 37. & 50.

ait. Ego

ait. Ego aũt iniquitatem meam annunciabo, et cogitabo pro peccato meo. Ecce opus confes-sionis. Et iterum. Quia cinerem tanquã panem manducabã, & poculum meũ cum fletu misce bam. Itẽ Lauabo p singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo. Hoc est opus satisfactionis pro peccato cõmisso, quod prodest uirtute & efficatia ac merito passionis Christi, quæ est fons & fundamentum omnis boni operis nostri. Quia ipse dixit. Sine me nihil potestis facere, sunt igitur Tres pœnitentiæ partes, non duæ tantum. Sic & ista dicendi nouitas uana & phantastica est, ubi ait Apologia, Deus ideo terret, ut sit locus consolationi & uiuificationi, quia secura corda & non sentientia iram Dei, fastidiunt consolationẽ &c. Ex his apparet, quam uacuus et inexpertus ueræ contemplationis circa diuina sit iste Philippus, qui falso ac stulte putat, secura corda, quæ iram Dei non sentiunt, fastidire consolationem. Cum nulla sit uerior aut dulcior consolatio, in toto mundo, quam ea, quam in hac lachrymarum ualle habent in Deo ij, qui cum Paulo dicere possunt. Nihil mihi cõscius sum. Ad quos ipse Paulus ait. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete. Dominus ẽm prope est. Sic & sapiens ait. Secura mens quasi iuge cõuiuiũ est. Sic & Lucas ait, primitiuã Ec-

Psal. 37. & 101.

Psal. 6.

Iohan. 15

Consola-tiones Cõtemplan-tium.

1. Cor. 4.

Phil. 4.

Prou. 15.

clesiam

Act. 9. clesiam ambulasse in timore Domini & conso latione spiritus sancti, quem Christus ipse Paracletum, hoc est Consolatorem dixit. De quo canit Ecclesia, Consolator optime, dulcis hospes animę, dulce refrigeriũ. In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

Secura igitur corda hũc tam dulcem animæ hospitẽ eiusq; consolationẽ nequaquam fastidiũt, sed intimis amplexantur sanctę dilectiõis uisceribus, & p̃ gaudio illius oĩa huius mundi delectamenta fastidiunt atq; cõtemnunt iuxta Christi Parabolas de thesauro in agro & de præciosa margarita Matth. 13. Male itaq; didicit sic loqui Philippus à magistro suo Luthero, qui simili uesania scripsit. *Luth. in Capti. Babylon.* Eos solos recte celebrare missam & digne communicare, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas & erroneas habent conscientias, & secure accedere eos, quicunq; peccatorum suorum uexantur siue morsu siue titillatione. Tales autem magistri nunquam recte docebunt populum uel digne communicare uel ueram pœnitentiam agere, qui sic fouent consolanturq; falsis blandicijs per solam fidem populum in peccatis suis.

Sic enim crebro repetens falsum & scandalosum dogma suum de sola fide, uelut primum & unicum nouæ suę doctrinę fundamentum, ait Philippus. Certissimum est autem, etiam si

 omnes

omnes portæ inferorum reclament, Remissionem peccatorum non posse accipi nisi sola fide, quæ credit peccata remitti propter Christũ. Et subinde addit contra Catholicos istam calumniam, quod somnient corda pacata fieri sine fide in Christum. At hæc & alia multa, quæ ille uerbosissima repetitione per xxij. folia inculcat, confutata sunt supra. Proinde non est opus, ut hic iterum confutentur.

Supra articul. 5.

ARTICVLVS XIII.
De usu & Numero Sacramentorum.

HAbet hic articulus quædã in Confessione, quędam etiam in Apologia puncta, quæ nouitate sua errorem sapiunt, proinde tacite transiri aut dissimulari non debent. Etenim in Confessione dicitur, sacramenta instituta esse, ut sint signa & testimonia uoluntatis Dei erga nos. Hæc nouitas duos occulte cõtinet nouæ huius doctrinæ errores. Vnum sane, quod sacramenta nouę legis tantum sint signa, quæ significent quidem sed non conferãt gratiam ijs qui non ponunt obicem. Hic autẽ error iam pridem à Leone Papa Decimo damnatus est, & à multis ꝑ scripturas lucide reprobatus

Duo errores de Sacramẽtis.

batus. Alterum uero, quod omnes qui sacramentis utũtur, per hoc Deo placeant, quia sint signa uoluntatis Dei erga nos. Hunc errorem tetigimus supra, absurdum Lutheri dogma, de ĳs qui communicãt tristes, cõfusas & erroneas
1. Cor. 11 habentes conscientias, recitando. Reprobatur aut manifeste error iste à Paulo, ubi ait: Qui aũt manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Damnant preterea in Confessione illos qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificẽt. Et in Apologia id ipsum sub alĳs uerbis repetitur, in hunc mundũ. Hic damnamus totum populũ Scholasticorum, qui docent, quod sacramenta nõ ponenti obicem conferant gratiã ex opere operato sine bono motu utentis. Nos quidem non ita loquimur uniuersaliter. Veruntamen de baptismo paruulorum ita sentimus, quod certissime per baptismũ accipiant gratiã & remissionẽ peccatorum ex opere operato (hoc est ex institutione Christi qui opus baptizãdi mandauit & instituit) etiã si nec per se credunt nec bonũ motũ cordis per se habent, sed resistunt quantũ possunt nescientes quid faciunt aut quid circa eos fit. Et hęc nõ noua, sed uetustissima est omniũ Catholicorum sententia, maxime Augustini, ut dictũ
Sup. art. 2 est supra. Quã & Lutherus amplexari coactus est, quãdo scripsit cõtra Anabaptistas. Sufficit

Recta intelligentia de opere operato.

enim

enim eis fides Ecclesiæ, cũ propriam fidem per ætatẽ nondũ habeãt. Sic et Missam rite celebratam, ex opere operato semꝑ bonam dicimus, etiãsi non sit bonus sacerdos q missam celebrat: Ratio est ista, quia Missæ celebratio est ex institutione Christi, quæ semper bona est in se, licet malus sit aliquando qui ea utitur. Non ẽm suis sed Christi uerbis consecrat sacerdos. Quicunque igitur negat, uel paruulorum baptismum, uel missam qualiscunq; sacerdotis rite celebratam, ex opere operato ualere, is blasphęmus est in uęrba, opera & sacramenta Christi, merito maledicendus, quia confidit in homine & ponit carnem brachium suum, falso existimans, quod uirtus & gratia sacramentorum magis dependeat ex bonitate operantis quã ex opere operato quod institutũ est à Deo. Certũ est igitur, hos nouatores nõ Dei sed Satanę instinctu sic detestari ac reprobare sanã Catholicorũ doctrinã de opere operato. Quod nihil aliud est quam opus & institutio Christi. De quo ait Euangelista. Hic est q baptizat in spiritu sctõ.

Blasphemia in uerba & opera Christi.

Hier. 17.

Iohan. 1.

Longe igitur melius securiusq; & certius est, sequi antiquam Ecclesiæ Catholicæ sententiam & circa numerum & circa usum septem sacramentorum, quã instabiles & prophanas nouitates huius Apologiæ & oĩm huius temporis sectarũ. Quarũ Moabitica suꝑbia ubiq; in scriptu

Aqua sapientiæ nõ est hæreticis.

Esaie 16.

Hier. 48 in scripturis damnata legitur, eo quod inflati
Prou. 6. uana scientiæ existimatione, dimittunt anti-
Hiere. 2. quam legem matris Ecclesiæ, & nouas sibi fo-
Eccl. 15. diunt cisternas, quæ aquam ueræ sapientiæ nõ
Iohan. 7. habent. De qua scriptum est. Cibauit illum Do-
Ib. 4. minus pane uitæ & intellectus, & aqua sapien-
tiæ salutaris potauit eum. Item. In Euangelio
ait ipse Dominus. Qui credit in me, flumina de
uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et ad mulierem
Chananeam. Omnis (inqt) qui biberit ex hac
aqua, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua,
quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed
aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ sa-
lientis in uitam æternam. Hic autem fons &
hæc aqua uiua, extra Ecclesiam in schismate
ullo reperiri non potest, frustra igitur superbi-
unt schismatici quicunque de scripturarum scien-
tia aut de linguarum peritia, quia abutuntur
his Dei donis in perniciem & suam & multo-
rum, quos secum trahunt. Id quod Apostolus
1. Cor. 13 ad Corinthios clarissime testatur, dicens. Si lin-
guis hominum loquar & angelorum, & si ha-
buero prophetiam, & nouerim mysteria om-
nia & omnem scientiam, & si habuero omnem
fidem, ita ut montes transferam, charitatem au-
tem non habuero, nihil sum.

ARTICVLVS XIIII. De Ordine Ecclesiastico.

HIc Articulus in Confessione nihil incō- modi habet, quantum ad uerba spectat, sed quantum ad sensum uerborū & ad publicam practicam attinet, magnum est inter nos & illos Chaos. Nos enim rite uocatos di- cimus & intelligimus eos, qui ad sacros ordi- nes à Catholico aliquo Episcopo admissi & le gitime ordinati, sacro deputantur ministerio, & eius authoritate ad publicū munus recipiun tur & inuestiuntur. Illi uero rite uocatos dicūt eos, qui à sæculari Domino aut Magistratu de putantur, uel ad concionandū plebi uel ad offi cium pastorale, siue legitime ordinati & conse crati sint siue non. Nam et Laicos ad huiusmo di munia recipiunt qui nullos prorsus sacri or- dinis gradus ab ullo Episcopo Catholico su- sceperunt. Hoc nos maxime detestamur, quia contra scripturam & contra leges et Canones faciunt, qui sic p̄ficiunt Ecclesijs infames Apo statas, uxoratos sacerdotes et indoctos Laicos

Qui sunt rite uocá ti.

Nam Hieroboam Rex Israel ob id maxime reprehensibilis fuit, quod fecit Phana in excel sis, & sacerdotes de extremis populi, ut quicun que uellet, impleret manum suam & fieret sa- *3. Reg. 12 & 13.*

cerdos excelsorum, longe igitur aliter, quam
Iud. 17. & 18. nos, rite uocatos dicunt Protestantes. Eorum enim Principes & Magistratus constituunt sacerdotes, non ut Dauid & Salomon, sed sicut Michas & Hieroboam.

Calumniæ in Episcopos & Reges. Quamuis uero Philippus in Apologia dicat, suos summa uoluntate cupere, conseruare politiam Ecclesiasticam, & gradus in Ecclesia factos etiam humana autoritate. Mox tamen inuidiose per calumniam detorquet omnem culpam in Episcopos nostros, quos seuiciç accusat, tanquam eos, qui noua & inaudita crudelitate miseros & innocentes sacerdotes eorum occidant. Id quod probare nunquã poterit. Iniuste igitur eis imputat Ecclesiæ dissipationem. Ipsis uero longe uerius imputatur, qui Episcopos ui, nullo iure, Ecclesiastica Iurisdictiõe spoliant. Male item perstringit ibidem Reges & Principes Catholicos, tanquam eos, qui Edictis uerbum Dei delere conentur, & recta atq; uera docentes trucident. Hæc profecto non magis uera sunt quam illud, quod ueram Ecclesiam parti suæ arrogat.

ARTICVLVS XV.

De Ceremonijs Ecclesiæ.

Circa

CIRCA hunc articulum multa profe-cto sunt repræhensibilia, præsertim in Apologia, licet in confessione quoq; non omnia admitti queant. Scopus utrobique consistit & in falso ac plane Diabolico illo de sola fide dogmate, & in malicioso calumniandi studio, atque etiam in hac falsa suppositione, quod cultus Dei, qui non est uerbo Dei in scripturis expressus, non ualeat. Nos autem dogma illud de sola fide supra ad longum confutauimus. Suppositionem uero hic falsam esse paucis ostendemus. *Sup. art. 5. & infra. art. 20.*

Certe negare nemo potest, Deo acceptum fuisse illum cultum, quo coluerunt eum sanctissimi homines, Abel, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob. At nullas habebant scripturas ex uerbo Dei de illo cultu. Nulla enim scriptura fuit ante Abel. Nec usquam deinceps scriptum est, quod iusserit aut præceperit ei Deus, offerri sibi de primogenitis pecorum & de adipe eorum. Nihilominus fuit Deo cultus ille gratissimus. Respexit enim ad Abel & ad munera eius. Neque item præcepisse legitur Deus Noe aut Abrahæ, ædificare altare, & offerre hostias, & tamen id sibi gratum fuisse testatur scriptura, dicẽs. Odoratusq; est Dominus odorem suauitatis super altare. *Nõ oportet, omnes Cerem onias scriptas esse. Gen. 4. 8 & 12.*

Gen. 26. Et laudatur de Ceremonijs Abraham, quas Deo exhibuit, & tamen nuſquam legitur, eas ſibi à Deo præceptas fuiſſe.

Dies Dominica. Sic Eccleſia mox tempore Apoſtolorũ ſuſcepit cultum & Ceremonias Diei Dominicæ. De quo nullum habebat in ſcripturis præceptum, & reliquit antiquum cultum ſabbati, de quo plena erat ſcriptura. Et tamen gratum hoc Deo fuiſſe uel ex hoc conſtat, quod ſancto Iohanni in die Dominica potiſſimum reuelauit ſua ſecreta, ſed & reliquas Eccleſiæ Ceremonias, de quibus nihil in ſcripturis habemus, multis comprobauit Deus miraculis, ſuamq́ de illis uoluntatem ex facto declarauit.

Apoc. 1.

Verba Lutheri. Quemadmodum Lutherus ipſe, contra Anabaptiſtas ſcribens, de baptiſmo paruulorum argumentatus eſt. Ex cuius ſane uerbis & noſtras Ceremonias antiquas contra Apologiam iſtam facile defendemus, ſic enim ait. Nihil debet ſubuerti aut mutari niſi quod claris ſcripturis ſubuerti aut mutari poteſt. Eſt enim Deus mirabilis in operibus ſuis. Quicquid habere non uult, hoc ſatis teſtatur in ſcripturis. Quod autem ibi non teſtatur, hoc permittatur tanquam opus eius. Vbi enim conſpicitur opus Dei, non minus cedendum & credendum eſt, quam ubi auditur eius uerbum.

Cum

Cum igitur Deus tot iam sæculis in Ecclesia sua tolerauerit Quin immo ipso facto approbauerit externum sacerdotium, missarum cœlebrationem, Quadragesimam, consecrationē salis & aquę, templorum item & altarium atq; sacrarum uestium et id genus reliquas Ceremonias nostras, neq; eas uspiam in scripturis prohibuerit, non debent subuerti aut mutari, neq; haberi contemptim pro humanis traditionibus sed pro operibus Dei, quia non humana cogitatione sed diuino instinctu spiritus sancti sunt institutæ. *Generalis pro Ceremonijs sententia*

Non est enim ociosus in Ecclesia Christi Paracletus spiritus ille ueritatis, scriptum namque est. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel, hoc est, Ecclesiā. Possent igitur hic in temeratores & abolitores Ceremoniarū nostrarum recte dici ea, quæ Lutherus dixit in cœlestes prophetas, O Christicidæ & Animicidę, quis uobis dedit potestatem abolendi aut prohibendi ea, quæ Deus nusquam aboleuit aut prohibuit? Cur uos met ipsos Deo maiores facitis? &c. *Psal. 120*

Calumniam uero, quam frequentissime passim repetunt & inculcant cōfutare difficile nō est. Ceremoniæ enim nostræ non sunt principaliter institutæ ad iustificandum aut ad promerendum gratiam aut ad satisfaciendum pro

peccatis aut ad remissionem peccatorum per eas consequendam, uti falso nobis centies imputant Confessio & Apologia ista, sed potius ad cultum & laudem Dei, in gloriam & honorem Christi, ad uenerationem & memoriā Dei genitricis & omnium sanctorum, ad cōseruandum in Ecclesia decentem ordinem, ad excitandam populi deuotionem, ad cōmemoranda Christi erga nos beneficia, ad exercitium orandi & colendi Deum, ad gratiarum actionem, et ad alia multa id genus Christianæ religionis ac uere pietatis bona, quæ non possunt breuiter omnia enumerari, sceleſtissima igitur impietate irrisit eas toties Lutherus, & fecit ex eis facies quasdam Antichristi.

Calūniæ. Nec sunt contra Euangelium, sicut sæpissime calumniatur Philippus, qui Theologos ait ꝓpter eas aperte Iudaizare, apte obruere Euangelium doctrinis dæmoniorū, nec interesse inter nostras traditiones & Mosaicas Ceremonias, illos præterea simpliciter per eas constituere regnum Antichristi. Hæ & id genus aliæ eius calumniæ, graues profecto & impiæ sunt blasphemiæ in spiritum sanctum, cuius opera & instituta sunt (ut iam supra dictum est) Ceremoniæ Catholicæ per orbem Ecclesiæ, quas impugnare aut abolere, insolentissimæ est insaniæ, sicut Augustinus ait. Habent enim stabile ac cer- August.

tum in

tum in scripturis fundamentum. Sic enim ait magnus ille populi ad Ceremonias & cultum Dei exhortator Moyses. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum & ambules in uijs eius &c. Et sapiens. Honora (inquit) dominum de tua substantia. Ad colendum enim Deum creati sumus, ut seruiamus ei cultu perpetuo in sanctitate & iustitia, intus et extra, ut possimus cum Psalmista dicere, in Tabernaculis Domini, per externas Ceremonias excitati. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuū. Sicut dixit Mater Augustini Monica.

epistola 118 ad Ianuariū. *Deut. 10* *Prou. 3.* *Luc. 1.* *Psal. 83.*

Non recte igitur ait Philippus, Ceremonias Ecclesiæ (quas impio contemptu uocat Traditiones humanas) esse contra Euangelium. Reprobauit quidē Christus eas Iudæorum traditiones quæ mādatis Dei aduersabantur, sed non reprobauit Ceremonias legis Mosaicæ quæ fiebant in tēplo, quibus ipse met plærumq; interfuit, in Pascate, in Pentecoste, in scenophegijs, in Encenijs &c. Nec destruxit templū aut altare, ꝓpter malos sacerdotes scribas & Pharisæos, sicut in nouis nūc sectis plærięq; faciunt, sed Corripuit tantū abusus illorū, templū aūt et altare, tanq; sanctū & dedicatū Deo, honorificauit. Ait .n. Stulti & cæci, qd maius est, aurum an templum quod sanctificat aurū?

Traditiones. *Matt. 15.* *Iohan. 7. & 10.* *Matt. 23.*

Cæci, quid maius est, donum an altare quod sanctificat donum?

Nec recte comparat Philippus Euangelicæ legis Ceremonias legis Mosaicæ Ceremonijs. Tum quia Mosaicæ iampridem prorsus abrogatæ & Christianis interdictæ sunt Ceremoniæ, sicut Paulus in suis attestatur Epistolis. Euangelicæ autem tot iam seculis sunt approbatæ, & usque ad consummationem sæculi durabunt, sicut durat Spiritus sanctus in Ecclesia, qui earum est autor. Quicquid igitur dicit Philippus in obseruationes rituũ Ecclesiasticorũ, quasi opinione nostra mereantur gratiã aut iustificationẽ aut remissionem pctõrũ, nihil aliud quã calumnia est. Nos .n. quando à peccatis liberari & iustificari cupimus, non ad ritus aut Ceremonias currimus, sed contrito corde confugimus ad sacerdotem, ut per sacramentũ pœnitẽtię gratiã Dei & remissionẽ peccatorũ consequamur. Ritus aũt & Ceremonias prosequimur præcipue propter amorem, honorem & laudem Dei, tum etiam propter amorem & ędificationem proximi. Non loquimur sane, sicut falso imputat nobis Philippus, de Ceremonijs Ecclesiæ quasi per eas & non per Christum uelimus uel iustificari uel gratiam mereri. Non ita dicimus. Christum enim sine quo nihil possumus, nusquã excludimus. Sed neque

Galat. 3. & 5.
Coloss. 2.
Ioh. 14.
Pius Ceremoniarum usus.
Ceremoniæ in laudem Christi.
Ioh. 15.

Christus

Christus excludit opera Ceremoniarũ, quę in amorẽ laudẽ & honorẽ eius à nobis fiunt, Quoniam sicut increpauit Apostolos, dicentes, Vt quid perditio hęc unguenti? Ipse respondens ait, Quid molesti estis huic mulieri? bonũ opus operata est in me. Ita & nunc merito increpat istos Ceremoniarũ reprehensores, quibus dicere potest, Quid molesti estis huic mulieri, Ecclesiæ uidelicet, sponsæ meæ, matri uestrę, Quam dicitis inaniter perdere pecuniam in Ceremonijs suis, dum altaris ministerium & reliqua diuini cultus officia & exercitia exornat argento, auro, lapidibus pręciosis, ornamẽtis Polymitis, sericis, holosericis, & id genus alijs uario splendore exornatis operibus uasis & rebus. Amen dico uobis, quia hæc fecit et facit in laudem, honorem et memoriam mei, Ergo bonum opus operatur in me. *Matt. 26* *Luth. contra Ambro. Catharinum*

Vtinam uero hoc Christi responsum Euangelicum percipiant corde Protestantes isti, eiq; plus credant q̃ suis Pastoribus & Concionatoribus Apostatis uxoratis, qui non quę Christi sed quæ sua sunt in abolendis ritibus antiquis quærunt. Nemo enim ignorat, Germaniã longe melius habuisse in omnibus, quo usq; ueteres sanctorum patrum traditiones Ceremoniasq; retinuit ac deuote obseruauit in cultu diuino, q̃ habet hodie in ijsce locis & prouincijs *Phil 2.* *Rituum Ecclesiæ uastatores.*

ubi Apostatę Rituum pristinorum uastatores in templis regnāt. Multo.n.maiorem uidimus hisce annis omnium rerū penuriam, posteaq̃ usus ueterum rituum & sacerdotum census Ecclesiarumq; bona irreligiose subtracta sunt, q̃ antea uiderūt Maiores nostri, homines religiosi & Catholici, qui cultum & honorem Dei in Ecclesijs opibus suis adauxerunt.

Qua de re serio loquitur ipse Dominus primum sane in Deuteronomio, ubi tot enumerat maledictiones quę superueniunt in eos qui mādata & Ceremonias eius non seruant. Deute. 28. Deinde per Malachiam prophetā, dicens

Malach. 3 Reuertimini ad me, & reuertor ad uos, dicit dominus exercituum, Et dixistis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia uos configitis me. Et dixistis, In quo configimus te? In Decimis & in primitijs, Et in penuria uos maledicti estis, & me uos configitis gens tota, Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero uobis Cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem usq; ad abundantiam &c. Quemadmodum &

2. Cor. 9. Paulus ait ad Corinthios. Qui parce seminat, parce & metet. Qui autem seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet &c.

Historię quoq; clare attestantur, eos Imperatores Regesq; ac Principes, qui largiter promouerunt opibus suis cultum Dei, longe magis abundasse diuitijs & potentia, q̃ eos qui sacerdotes Dei persecuti sunt, & in bona Ecclesiarum sacrilegas manus miserunt. Quis enim ex Imperatoribus nostris, post translatum á Græcis ad Germanos Imperium Ro. Potentior aut fortunatior uictoriosiorue fuit Carolo Magno, Ottone Primo, & Henrico secundo? At quot & quãtas fundauerũt illi Ecclesias? quot Monasteria? Certe de isto Henrico scriptum habetur Bambergæ in aula publica, q̃ circiter Mille Ecclesias erexit, fundauit aut instaurauit Non enim mentiri potest uerbum Dei, quod in prouerbijs á Salomone probatum, sic habet. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, Alij rapiunt non sua et semper in egestate sunt.

Vnde sut Regum prospera & aduersa.

Quę autẽ obijcit Philippus de traditionibus nõ scriptis, q̃ sine uerbo Dei placere Deo nõ possint, hoc supra iam confutatum est, ex ijs quæ de Abel Noe & Abraham recitata sunt. *Matt.1*

Addi potest, Ecclesiæ traditiones & Ceremonias non esse sine interno uerbo Dei (quod loquitur in nobis spiritus Paracletus) institutas. Cęterũ ad externum uerbum, quod in scripturis cõprehẽditur, Ecclesię potestatẽ nõ esse

alligatam

alligatam aut restrictam. Quia multa potest dicere, credere, statuere, decernere, quæ in sacris literis non sunt expresse scripta. Quod & fecit mox ab initio post ascensionē Domini, anteꝙ ulla esset Euangelij aut Epistolarū Pauli scriptura.

Act. 6. et 15.

Porro, ꝙ Paulum contra Ceremonias nostras Patronum sibi arrogat Apologia, non leuis est error atꝙ impudentia, Tum quia Paulus non contra nouæ sed contra ueteris legis Ceremonias ubiꝙ contendit, propter eos, qui ad obseruationes Mosaicæ legis astringere uolebant gentiles in Christum credentes, sicut actus Apostolorum aperte testantur. Tū quia Ecclesiam ubiꝙ defendit, uocans eam spōsam Christi, domum Dei, columnam & firmamentum ueritatis, Quomodo esset igitur patronus eorum, qui contra Ecclesiam schismata (quę ille uehementissime detestatus est semper) faciūt & Ecclesiæ Ceremonias impugnant & abrogant? Tum deniꝙ, quia Paulus Ecclesiæ traditiones diligentissime & prædicauit & custodiri iussit. Ita enim testatur de eo Lucas in actibus Apostolorum. Perambulabat autem Syriam & Ciciliam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Et rursus. Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quę erant

Paulus Ceremoniarum assertor.

Act. 15. Ephe. 3. 1. Tim. 3. 1. Cor. 1.

Act. 15. & 16.

erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis. Et ad Corinthios scribens post multas rationes de uelando capite mulieris, finaliter ita subiunxit. Siquis autē uidetur esse contentiosus, nos talem consuetudinem nō habemus neq; Ecclesia Dei. Quasi dicat. aduersus contētiosos sufficit nobis autoritas & Cōsuetudo Ecclesiæ Dei.

Falsum est & istud Apologiæ. Volunt (inquit) Apostoli in Ecclesia manere hanc libertatem, ne iudicentur illi cultus legis aut traditionum necessarij esse. Hoc autem non esse uerum clarissime conuincit Apostolorum & seniorū decretum, quod recitat Lucas in eodem Capitulo, quod hac de re obijcit nobis Philippus. Visum est (inquiunt) spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris q̄ hæc NECESSARIA, ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato & fornicatione, à quibus custodientes uos bene agetis, Valete. Ecce aperte dicunt, nihil oneris q̄ hæc necessaria. Nequaq; enim probauerūt Apostoli hanc libertatem (quam docet Apologia) contradicendi Ro. Pontifici & Ordinarijs Episcopis in suis statutis & ordinationibus Ecclesiasticis, aut recusandi atq; temere preuaricādi ac transgrediendi traditiones & præcepta Ecclesiæ ad cultum Dei pertinētia, Hanc enim

Act. 15.

1. Pet. 2.

malam

malam scandalosam, & seditiosam libertatem Petrus uocat maliciæ uelamen.

Graue peccatum in preuaricatione rituum.

Contrariũ itaq; uolunt in allegato decreto Apostoli. Quamuis. n. in scripturis noui Testamenti nusq̃ prohibitum sit, sanguine aut suffocato uesci, Apostoli tamen & seniores id pro tẽpore prohibuerunt, & necessarium esse dixerunt, ut ab ijs abstinerent fideles. Sicut igitur peccassent tunc fideles ex gentibus, non abstinendo à sanguine & suffocato, propter fideles ex Iudæis, Ita peccant & hodie Traditionum & Consuetudinũ Ecclesiasticarũ contemptores, qui carnibus uescuntur sextis ferijs & in Quadragesima &c.

Falsa causa.

Postremo, falsum est & istud, sanctos patres obseruasse ritus humanos (sicut contemptim uocat Philippus omnes ritus Ecclesiæ quicunq; in scripturis noui testamenti non sunt expressi) propter utilitatẽ corporalem. Nos enim supra longe alias causas enumerauimus, quarum potissima est Cultus & honor Dei, propter quem ab Apostolis & sanctis patribus traditiones & Ceremoniæ Ecclesiasticę sunt institutæ. Nemini. n. iustius debemus cultum & honorem q̃ Deo patri & creatori ac redemptori nostro, De quo dicebãt tres pueri ad regẽ Babylonis. Deus noster, quẽ colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis. Et Dominus in Euangelio ut omnes

Dan. 3.

honori

honorificent filium ficut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum, Ceterum iustificationem aut remissionem peccatorum non in Ceremonijs sed in sacramentis Baptismo & pœnitẽtia quærimus (ut dictum est) Ceremonias ex amore facimus ad honorificandum Deũ & sanctos eius tum etiam propter alias causas supra enumeratas. *Ioh. 5.*

Ea autem uerba multa, quibus sua iactitat Philippus, & nostra uituperat in Ecclesijs instituta, quoniam uana sunt & prolixa, responsione alia hic non indigẽt, nisi ista generali, Negamus, eo ꝙ non loquitur uerum. Quia contrarium ex facto probari potest, si quis deformem templorum apud illos uastitatem inspiciat, ubi per totam hebdomadam solitudo & silentium in templis cõspicitur, nisi ꝙ linguax concionator aliquis per unam horam criminatricem Papæ & Episcoporum ac Monachorum ad plebem concionem profert, semel aut bis in septimana, omni alio cultu ueteri laudeq; Dei et sacramentorum contemptim omissis. *Qualis apud Sectas in tẽplis decor*

ARTICVLVS XVI. De Potestate Sæculari.

Quamuis

Inobædiētia plurima.

QVamuis hic articulus multis laudibus euehat Ciuiles magistratus & sæcularia negocia, satis tamen compertũ habemus (prohdolor) nunq̃ fuisse in Germania maiorem q̃ hodie est, rebellionem inferiorum contra suos superiores, plebis contra senatum, seruorum & subditorum contra Dominos & Principes seu Magistratus suos, Multorum item Principum & Magistratuum cõtra Regẽ & contra Imperatorem suum. Nos quidem cõprobamus omnia, quæcunq; de obædientia recte docentur, Non probamus tamen inuidiosam comparationẽ, qua hic laicalis status Monastico statui tectis uerbis insidiose non æquiparatur modo, sed etiam antefertur. Confessio enim legitimas ordinationes ciuiles ait esse bona opera Dei & ordinationes Dei, Damnat autem eos qui Euãgelicam perfectionẽ nõ collocant in timore Dei & fide, sed in deferendis ciuilibus officijs, Cum nõ ignoret scriptũ esse. Perfecta charitas foras mittit timorẽ: seruilem scilicet, & fides etiã in imperfectis reperiatur.

Laudat & commemorat tantum ciuilia Actiuæ uitæ opera, De operibus uitę contemplatiuæ, ad quam ordinata sunt Monasteria, altũ agens silentium, Cum tamen ipse Dominus ubiq; plus commẽdit contemplatiue q̃ actiuæ
Luc. 10. uitę opera. Mariæ contemplationem Marthæ sollicitu

ſollicitudini longe præferens uelut partem optimam, Et Mundi huius Principem, atq; adeo ipſum mundum, ſibi contrariũ exiſtimet, Nũc Princeps (inquit) huius mundi eijcietur foras. Item ſi mundus uos odit, ſcitote, quia me priorem uobis odio habuit. Item, In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego uici mundũ. *Iohan. 12* *Ib. 15.*

Nos igitur, etſi ſcimus probe ex Petri et Pauli Epiſtolis, ſæculari aut mundanæ poteſtati obediendum eſſe. Nolumus tamen ſæcularem ſtatum Eccleſiaſtico aut Monaſtico preferre. Cum non ſolum Theologi & ſancti Patres, uerum etiam Philoſophi, Quinimo & cordatiores Laici, uitam Contemplatiuam actiuæ præferant, Quandoquidẽ multi Reges & Principes alijq; magnæ & opulentiæ & nobilitatis uiri, Mundi huius actus & negocia deſerentes, ad Monaſteria uitę contẽplatiuę gratia, pia deuotione tranſierunt. Et hoc multo magis laudabile ſemper uiſum fuit, q; ex monaſterio ad mundum, aut ad uitam actiuã, cuius opera tantopere bona & Deo grata dicit Cõfeſſio Proteſtantium, redire, Iuxta illud ſaluatoris. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. *Non eſt præferendus ſtatus ſæcularis ſtatui Monaſtico.* *1. Pet. 2.* *Ro. 13.* *Luc. 9.*

Præterea ipſemet Lutherus contra hanc & Confeſſionis & Apologiæ ſententiam multa ſcripſit in eo libello, quem de ſæculari poteſta-

te inscripsit. Quem & tanti facit, ut ausit iactitare, neminem melius de sæculari potestate scripsisse quam ipse scripsit, Et tamen in eo sic ait. Huiusmodi Tyranni agunt, sicut mũdani, hoc est sæculares Principes debent, Sunt sane mundani Principes, Mundus autem inimicus est Deo Ideo & ipsos facere oportet, quod Deo contrarium, mundo gratum sit, ne fiant infames, sed mundani Principes maneant. Noli igitur mirari, si contra Euangelium furunt & insaniunt oportet enim eos Titulo suo satisfacere, Et scire debes, quod ab initio mundi admodum rara auis sit Bonus Princeps. Item, Inter Christianos (inquit) nulla debet nec potest esse superioritas, sed unusquisque est alteri equaliter subiectus, Inter Christianos enim nullus est superior nisi Christus ipse & solus, Christiani enim nullo alio quam solo uerbo Dei regi possunt. Quia fide nõ externis operibus regi oportet Christianos. Item, Iter Christianos gladius esse non potest. Ideo non potes eo inter & super Christianos uti. Hæc ibi Lutherus.

Verba Lutheri contra Principes.

Quæ nos hic referimus, non ut approbemus, sed ut ostendamus, ne Luthero quidem probari aut placere istã Confessionis & Apologiæ sententiam. Quæ dicit, iure bellare, militare, tenere propriũ, esse bona opera Dei & ordinationes Dei. Perniciosas uero esse opinio-

Communio rerũ inter Monachos.

opiniones Monachorum, qui uocant Politi=
am Euangelicam Communionem rerum, &
dicunt eſſe Conſilia, non tenere proprium, nõ
ulciſci. Cærte non ignorat Philippus iſte cele=
bre & uulgatum illud prouerbium, Amico=
rum omnia eſſe communia, neq; neſcit primos
Chriſtianos & à S. Luca in actibus Apoſto= *Act.2.&*
lorum & à Philone Iudæo uehementer lauda= *4. Eccle.*
ri à rerum communione, quod erant ſimul & *hiſt.lib.2.*
habebant omnia communia, quod non ſo= *c.17.*
lum erant inter ſe amici, ſed etiam fratres in
Chriſto, tanta cum dilectionem & fide, ut mul
titudinis credentium eſſet cor unum & anima
una.

Hoc iam poſt tot ſæcula inique reprobat in
Apologia Philippus, quando dicit, fatuos eſ=
ſe opiniones Monaſticas, quæ longe præfe=
rant hypocriſin (ut uocat) paupertatis & hu
militatis, politiæ & Oeconomiæ. Cum hę mã
datum Dei habeant, illa autem communio Pla
tonica non habeat mandatum Dei. At cum
non ignoret, huiuſmodi rerum cõmunionem,
ualde laudabilem in primis Chriſtianis fuiſſe,
Qua fronte audet eã dicere Platonicã? An ig=
norat illud uerbũ Domini, ſi uis perfectus eſſe
uade et uẽde omnia quę habes et da pauperibꝰ
et ueni ac ſequere me? Vbi aũt mãdat Chriſtus
tenere proprium? Nullo igitur iure diuino *Matt.19.*

laudabilius dici potest, tenere proprium q̃ rerum communionẽ habere fratres inter sese.

ARTICVLVS. XVII.

De Extremo Iudicio.

CVm articulus iste nihil habeat incommodi aut reprehensibilis neq; in Confessione neq; in Apologia, libenter eum in omnibus comprobamus.

ARTICVLVS. XVIII.

De libero Arbritrio.

PLacet quidem nobis distinctio ista, quam & Confessio & Apologia refert, Adducũtur tamen quędã, quę ut probare nõ possumus, ita tacite transire ac dissimulare non debemus, qui ueram & per omnia synceram desyderamus concordiã. Etenim utrobiq; dãnant eos, qui docent hominem proprijs naturæ uiribus posse precepta Dei facere quo ad substantiam actus. Videnť autem hominis naturam & mentem (opus utiq; bonum & imaginem Dei) nimis deprimere, atq; à naturali bonitate sua, quam à Deo habet & qua ratio ad opti-

An Dei præcepta nobis impossibilia sint.

ad optima deprecatur, ut ait in Ethicis Aristoteles, deijcere, Et ipsum Deum Optimum Maximum summa bonitate clementiaq; & misericordia priuare, dum imputant ei, quod imposuerit homini præcepta factu impossibilia. Sciunt namq; omnes, quod Tyrannicum potius sit quam regium, subditis impossibiles constituere leges et onera imponere importabilia ipsis.

Quare concludũt pie & religiose sancti Patres Hieronymus, Augustinus, Basilius &c. quod grauis sit in Deum blasphæmia, dicere aut docere, quod Deus homini præcepta impossibilia imposuerit. Est enim hoc contra summã Dei bonitatem, atq; etiam contra omnem scripturam quæ Dei misericordiam & bonitatem ubiq; testatur ac prædicat, Ait sane: Mandatum, quod tibi præcipio hodie, non supra te est &c. Item Adiecit mandata & præcepta sua, Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam & ignẽ, ad quod uolueris porrige manum tuam, Ante hominẽ uita & mors bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Item, Non auditores legis sed factores legis iustificabuntur &c. Nequis uero dicat, hæc dicta esse de homine in statu naturæ integræ, non statu naturæ per inobedientiam Adæ & peccatum Originale corruptæ, Dicit contra hoc textus aperte, Mandatum quod tibi

Hiero. ad Damasũ papam.

Deut. 30

Eccl. 15.

Ro. 2.

bi præcipio hodie, Omnia enim præcepta tã ueteris q̃ nouæ legis post lapsum Adæ data sunt. Potest igitur homo legem Dei facere suis uiribus quo ad substantiam actus, licet non possit meritorie, absq; gratia Dei.

Act. 17. Sed neq; substantiam actus facere potest sine quocũq; Dei auxilio, Deus enim est in quo uiuimus, mouemur & sumus, Ipse est primus motor, primus actus, primũ esse, sine quo nullus queat homini esse motus, nullus actus, nullum esse, nulla natura aut essentia omnia à Deo habet, tam uires proprias q̃ naturam ipsam, omnia ei debet. Quid enim habes quod non

1. Cor. 4. accepisti? Noli ergo tibi ipsi deesse, conare uti uiribus tuis, tibi non frustra datis. Deus conatibus tuis pro summa ergo omnes bonitate sua non deerit. Noli ignauiter desperare, noli

1. Tim. 6 Deum tuum impie accusare Tyrannidis, aut ex Rege regum et domino damnãtium Tyran

Apoc. 19 num & durum atq; crudelem exactorem facere, tanq̃ exigat à te impossibilia tibi, & statuat tibi præcepta impossibilia, ut eorum transgressione te puniat tantum modo, & non potius pro eorum obseruatione tibi præmia donet, Non est, non est hoc diuinæ bonitatis, non est hoc fide Catholicæ. In bonũ enim, non in malum dedit nobis præcepta Deus, ut ea facientes

uiuamus in eis, & uitæ ęternæ præmium capiamus ex eis. Lex Domini (inquit psalmista) immaculata, conuertens animas. Et Ipse Dominus ait in Euangelio, Iugum enim meū suaue est, & onus meum leue. Nusq̃ autem dicit, Impossibile est. Et Iohannes, Mandata eius grauia non sunt naturaliter.

Leui. 18.
Ezec. 20
Psal. 18.
Matt. 11.
1. Ioh. 5.

Non concedimus præterea falsum esse (ut ait Apologia) quod non peccent homines qui faciunt opera præceptorum extra gratiam. Nam quod Paulus de lege Moysi affirmat, hoc nos fiducialiꝰ de præceptis Christi affirmare possumus. Lex quidem sancta est (inquit) & mandatum sanctum & iustum & bonum. Si ergo longe perfectus præcepta Christi sancta sunt & iusta & bona. Quomodo peccant ĳ, qui opera præceptorum eius faciunt? Verbi gratia, Qui diligunt proximum qui dant eleemosynam pauperi, qui nudos uestiunt &c. ut eo citius & facilius á Deo ueniam suorum peccatorum impetrent & consequantur. Qualia sane permulta docent pœnitētes Cyprianus, Basilius Augustinus &c. Si. n. talia opa uere peccata essent, melius faceret peccator pœnitens, si ea omitteret, & nihil prorsus faceret, quia faciendo ea, prioribus pctis noua

Rom. 1.

ſuperadderet, et per hoc à uenia longior fieret. Hoc autem dicere aut docere eſt Euangelium Chriſti totum euertere, quod & in principio & in medio & in fine pœnitentiam agere docet.

Falſa & ſcandaloſa dogmata.

Multo autem minus concedimus Lutheri abſurditates de bonis operibus iuſtorum, quas recte damnauit Bulla Papæ Leonis .x. Nec etiam ea admittimus uniuerſaliter, quę hic crebro repetit (ut ſolet) Apologia, ꝙ humana corda, quę gratiam ſpiritus ſancti non habent, ſint ſine timore Dei, ſine fiducia erga deũ, nec credant ſe exaudiri, ſibi ignoſci, ſe iuuari & ſeruari à Deo. Credimus enim Iudęos et Turcas nõ habere ſpiritum ſanctum aut gratiam Dei, & tamen ex ijs plurimi, non ſunt ſine quolibet timore Dei aut ſine qualibet erga Deum fiducia, Neqꝫ etiam Chriſtianus homo, incidens in peccatum mortale, eſt ſine omni timore Dei aut ſine omni erga Deum fiducia, ſi enim non timeret Deum, non curaret de peccato commiſſo ut pœniteret, ſed potius quęreret aut ſequeret̃ per omnem uitam ſuam uoluptates & concupiſcentias carnis, & peccata peccatis accumularet, Quod ſi nullam inſuper erga Deum de eius bonitate & miſericordia fiduciam haberet, non ageret pœnitentiam, nec quæreret abſolutionem, ſed ignauiter deſperaret, ſicut fecerunt Cain & Iudas ſcarioth. Nocentiſſima

eſt igitur

est igitur & scandalosissima haec docendi nouitas, qua utitur noua secta ubique in scriptis suis, quod homo extra gratiam constitutus, nō possit in se ullum Dei timorem aut ullam erga Deum fiduciam habere. Et quod homo per fidem in Christum certo statuere debeat, se placere Deo, qualiscunq; sit uita sua & opera, quia nulla possint eum damnare peccata, nisi sola incredulitas. Huiusmodi enim dogmata populum à studio bonorum operum retrahunt, & falsam securitatem introducunt. Contra illud Apostoli. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Et contra illud Salomonis. Beatus homo, qui semper est pauidus. Et illud Iob. Verebar omnia opera mea &c. Rom. 11. Prou. 28 Iob. 9.

ARTICVLVS XIX.
De causa peccati.

ISte articulus in se reprehensibilis non est, sed ei uehementer sunt contraria, quae Lutherus de libero arbitrio & Philippus in primis annotationibus suis scripserunt, ubi Deum ipsum effectiuam & principalem causam peccati faciunt, quod sane grauissima est blasphaemia, quae omnino aboleri ac damnari debet, si uera sit concordia constituenda.

ARTICVLVS XX. De fide & bonis operibus.

Art. 5.

QVanquam articulus iste iam antea discussus est supra, non possumus tamen omnia, quæ hic ponuntur, tacite præterire, si modo syncera debet fieri concordia. Nã astutus Rhetor iste Philippus in cõfessione suadet ut fallat. In Apologia querelas exaggerat, ut concitet animos populorum in odium sacerdotum Catholicorum Rhetoricis fucis & technis.

Prohibeat bona opera.

Etenim in Cõfusione falsis iactantiis laudat suorum doctrinam nouam de sola fide, & improbis calumniis uituperat antiquam Catholicorum de bonis operibus doctrinam. Falso (inquit) accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Itane falso? An nõ prohibent peccata? prohibent, & recte quidem. At docent. Iustum in omni opere bono peccare. Et omne opus bonum, etiam optime factum, esse peccatum ueniale. Veniale inquiunt, non natura sua, sed misericordia Dei. Cæterum omne opus iusti reuera esse damnabile & peccatum mortale, si Dei iudicio iudicetur. An nõ est hoc

Luth. in asser. art. 31. et 32.

prohi-

prohibere bona opera? Quid de facto eorū & practica publica dicamus? Certe laudare Deum, dicere aut decantare horas Canonicas, honorare Deum antiquis Ecclesiæ ritibus & Ceremonijs, nemo, nisi qui manifeste est impius aut insanus, non existimat bona opera esse. At ea & alia complura prohibentur publice tum à Principibus, tum à Magistratibus com plurimis, ubi hoc nouum prædicatur de sola fide Euangelium. Non igitur falso de his accusantur, quia & doctrina eorum & facta publica eos conuincunt, quoniam non solum in Monasterijs tam uirginum quam uirorum & in Ecclesijs Collegiatis, sed etiam in Cathedralibus Ecclesijs, ut Argetinæ, Constantiæ, Augustæ, &c. non licet Clero pium & antiquum Dei cultum peragere.

Per opera bona recōciliari nobis Deum.

Cæteras iactantias & calumnias non paucas consulto præterimus nunc breuitatis gratia, ut tangamus ea quæ necessario discutienda sunt. Et primum quidem istud quod aiunt, Opera nostra nō posse reconciliare Deum aut mereri remissionem peccatorum. Hoc quidem uerum est, si intelligantur opera nostra per se sine fide & sine Christo. Si autem accedant fidei in Christum & præuiente Dei motione iuuentur, ut fit in uere pœnitentibus, nequaquam est uerum. Reconciliatur enim nobis

Deus,

Deus, quē peccatis nostris offendimus, per sedulas & deuotas orationes nostras. Iuxta illud
2. Machabæor. 1. Machabæorum. Exaudiat orationes uestras & reconcilietur uobis. Item per intercessiones
Ecc. 44. sanctorum. Iuxta illud Ecclesiastici. Noe inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Recōciliamur item Deo per ministerium sacerdotum dum cōfitemur,
2. Cor. 5. & absoluimur, sicut ait Apostolus. Dedit nobis ministerium reconciliationis. Itē. Obsecro pro Christo, reconciliamini Deo. Præcipua quidem causa reconciliationis nostrę est uirtus & meritum passionis Christi qui pro peccatis nostris mortuus est, sed passio Christi non excludit sed exigit potius opera nostra. Iuxta il-
1. Pet. 2. lud Petri. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Non possumus igitur admittere has exclusiuas uoces, tantum fide & sola fide cōsequimur gratiam & remissionem peccatorum seu reconciliationem à Deo.

At dicunt. Solus Christus positus est mediator & propiciatorium, per quem reconcilietur pater. Ergo per solum Christum fit reconciliatio. Hic rursus distinguendum est. Quia Chri-
Duplex Mediator stus solus est mediator per redemptionē, sicut exponit Apostolus dicēs. Vnus mediator Dei
1. Tim. 2. & hominū homo Christus Iesus, qui dedit redemptio-

demptionem semetipsum pro omnibus. Sancti autem in cœlo per intercessionem, & sacerdotes in Ecclesia per ministerium absolutionis & pij homines per deuotas supplicationes, & tota Ecclesia per publicas orationes quas pro peccatoribus facit. Mediatores recte dici possunt, sicut de se ipso testatur Moyses, dicens. Ego sequester & medius fui inter Deum & uos in tempore illo. Quando autem inferunt. Ergo per solum Christum fit reconciliatio. Nos iterum distinguimus. Quia per solum Christũ fit reconciliatio principaliter & effectiue seu efficaciter & completiue, quia sine eo fieri non posset, qui se redemptionem & præcium dedit pro peccatis nostris, fit autem recõciliatio per alios quoq;, ut dictum est, sed minus principaliter, dispositiue ac ministerialiter, fides & opera pœnitentiæ. Orationes, Eleemosyne, Ieiunia. Intercessio sanctorum &c. disponũt, Christus per sacramenta & per ministerium sacerdotum complet ac perficit reconciliationem. *Deut. 5.*

Frustra igitur allegant Augustinum & Ambrosium, quia illi nusquam opera pœnitentiæ ad consequendam remissionem peccatorũ excludunt aut inutilia dicunt. Quod autem ait Ambrosius, Vilesceret redemptio sanguinis Christi, si iustificatio, quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deleretur. Hoc & nos dicimus, *August. & Ambr.*

mus. Nemo enim Catholicorum dicit, meritis præcedentibus deberi iustificationem. Deus em̃ nihil nobis debet. Iuxta illud. Quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Opera nostra per sese ad iustificationem consequendam nequaquã sufficiunt, nec ullus Catholicorum hoc dicit, prosunt tamen & disponunt ad reconciliationem consequendam.

Fides Protestantiũ in numeros fallit. Quando amplius dicunt, quod Conscientię non possint reddi tranquillæ per ulla opera, sed tantum fide, cum certo statuunt, quod propter Christum habeant placatum Deum. Hoc prorsus negamus, tum quia sola fides non sufficit, *1. Cor. 13* iuxta illud Apostoli. Etsi habuero omnẽ fidẽ, ita ut montes transferam, charitatẽm aũt nõ habuero, nihil sum. Tum quia fides, qua sic certo statuit homo peccator, se propter Christũ placatum habere Deum, potest fallere & errare. Sicut fallit (prohdolor) innumeros, qui extra Ecclesiæ unitatem in schismate constituti hõdie in eo adhuc permanent, quia frustra et falso persuadent sibi ipsis, se placatum habere Deũ, quem reuera propter schisma habent maxime iratum & offensum. Quemadmodum & Iudęi ac Turcæ falso & frusta credunt sibiq; certissime persuadent, se longe magis placatum habere Deum quam habent quicunq; Christiani, quantumuis pij & Catholici. Huiusmodi igitur falsæ

tur falsæ persuasiones errantis fidei plurimos misere seducunt, suntq; temerariæ, quibus homo de gratia Dei & sua iustitia coram Deo fatue præsumit, & seipsum certum facit gratię et salutis. Contra illud Apostoli. Tu autem fide stas, time, & uide ne cadas. Et illud. Neq; me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et contra plæraq; alia scripturę diuinæ loca superius allegata. Melius igitur tranquillæ & alleuiatæ redduntur conscientiæ per opera pœnitentiæ, contritionem confessionemq; & absolutionem ex potestate clauium quam per solam fidem.

Rom. 11.
1. Cor. 4.

Quod aũt negant. Impios posse credere hũc articulum. Remissionẽ peccatorũ, nõ admittimus. Vnusquisq; .n. qui mortaliter peccat, impius est. Ideo quando peccator à peccatis resurgit & iustificatur, dicitur ea reus iustificatio impij, quia ex impio fit pius. Quomodo aũt attingeret se ad opa pœnitentiæ, & ad cõfitendũ sacerdoti, si non crederet Remissionẽ peccatorũ? Non igit statim accipit remissionẽ peccatorũ qui credit remissionẽ peccatorũ, sed ultra fidem opera quoq; pœnitentiæ addere & à sacerdote absolutionẽ petere ac per sacramentũ pœnitentiæ q̃rere oportet. Qñ ergo dicũt, sola fide apprehendit remissio pctõꝝ, igitur sola fides iustificat. Neganda est consequentia ista, quia fide

Quomodo Impij credũt remissionẽ peccatorum.

Apprehendere.

apprehen-

fide re- missi. pec. apprehēdere nihil aliud est quam credere. Iam uero dictum est, quod peccator qui credit re. pec. non statim per hoc iustificatus est, sed tum iustificabitur, quando fidei superaddit cordis contritionem, & oris confessionem atq; per sacramentum pœnitentiæ à peccatis suis absoluitur. Si autem uoluerint intelligere per hoc uerbum Apprehendere fide, non credere, sed realiter (ut loquuntur dialectici) aut re ipsa accipere aut acquirere. Nos negabimus Antecedens. Quia nō sola fide apprehenditur, hoc est, re ipsa accipitur aut acquiritur remissio pec. sed opus est etiam operibus & sacramento pœnitentiæ, fallunt igitur populum hic æquiuocatione huius uerbi. Apprehendere, quod duo significat. Vnum, cognoscere aut intellectu capere. Alterum re ipsa capere aut acquirere. Aliud enī est ceruum aut leporem intellectu, aliud re ipsa aut realiter apprehendere, Philosophus intellectu Venator, aut Canis re ipsa ceruum aut leporem apprehendit. Sic & homo peccator aliter fide aliter absolutione apprehendit remissionem peccatorum. Nam fide eam cognoscit, absolutione autem realiter illam acquirit.

Aequiuocationis fallacia. Nequiter igitur & pestifere seducitur ac circumuenitur populus ista ęquiuocationis fallacia. Aliud enim est, intellectu accipere aut apprehendere, aliud re ipsa. Quando igitur dicūt.

sola

Sola fides accipit promissionem & remissionē peccatorū, ergo sola fides iustificat. Hic opus est aut distinguere antecedens aut negare cōsequentiam. In Antecedente enim æquiuocatio est, & in uno sensu est uerum, in altero falsum. Verum in hoc sensu. Sola fides accipit, id est cognoscit, falsum autem in hoc sensu, sola fides accipit. Id est realiter acquirit.

Sicut igitur non ualet Paralogismus iste Sophisticus. Solus canis latrat aut omnis canis latrat, stella in cœlo est canis (à qua caniculares dies dicimus) ergo stella in cœlo latrat. Ita & ista mere sophistica est argumentatio. Accipere aut apprehēdere remissionē peccatorum est iustificari, sola autē fides accipit re.pec, Ergo sola fides iustificat. Quia aliter significat hoc uerbum Accipere re.pec. in maiori propositione, aliter in minore. Hanc fœdam æquiuocationis fallaciam habent isti noui Theologi pro primo & summo totius doctrinæ noui Euangelij sui fundamento. Vnde & summum fidei suæ articulum ponunt istum: Sola fides iustificat.

Pro hoc articulo asserendo dignum & iustū piumqȝ esse putant, facere schisma aduersus Ecclesiam matrem suam, quæ ipsos regenerauit, subtrahere obedientiam summo ouium Christi pastori, rebellare Domino & superiori suo Imperatori, bellis confundere orbem Christia- *Inane Sophisma.*

num cultum prohibere diuinum, ueteres abolere Ceremonias, Denicp contemnere ac subire quæcūcp periculo, Et tamen nihil aliud est quā falsum & inane sophisma, per æquiuocationis fallaciam simplici populo pestilentissime persuasum, quo deuotio plebis & studium bonorum operum perit.

Cuculus Philippi. Ait ergo in Apologia Philippus. Quis non gaudeat mori in Confessione horum articulorum, quod remissionem peccatorum fide consequamur gratis propter Christum, quod operibus nostris non mereamur remissionem peccatorum. Astute omittit hic cuculum suum, sola fide, & dicit simpliciter, fide, & nihilominus subintelligit ibi cuculū illum, sola sola. Expræsse autem non ponit, ut Catholicis eo maiorem cōcitet in populo inuidiā & odiū Clero. Nos autem iam sepe diximus, fidem à nobis in iustificatione minime excludi. Requirimus necessario fidem, sine qua proculdubio adultorum & ratione utentiū nemo iustificari potest. Pueri autem & fatui adulti possunt per baptismū iustificari, etiamsi fidem propriam non habent (quod & Lutherus contra Anabaptistas affirmat) quia propter defectum usus rationis necp credere necp cognoscere Deum actualiter possunt. Acquirunt tamen fidem infusam per baptismum, non secundum actum tunc quando bas

Iustificatio puerorum.

do baptizantur, sed secundum habitum tantũ. Iustificantur itaq; pueri per baptiſmũ legitime in Eccleſia factũ, licet remiſſionem peccatorum non apprehendãt fide, neq; etiam promiſſionẽ Chriſti fide accipiant tunc quando iuſtificant.

Vnde facile cognoſcitur, quã uana ac minime neceſſaria ſint iſta uſq; adeo uerboſa nouorum Theologorum commenta de ſola fide apprehendẽte re. pec. & accipiente promiſſionem, ſine qua utiq; ſanctiſſime ac certiſſime iuſtificantur paruuli per baptiſmũ Chriſti, qui ipſos baptizat in ſpiritu ſancto. Hic eſt enim qui baptizat & iuſtificat uere, fides aũt ſola neq; baptizat neq; iuſtificat. Primam enim iuſtificationẽ dat paruulis baptiſmus. Si autẽ adulti deinde facti rurſus in dãnabile & mortale pctm̃ inciderint, nõ baptiſmi ſed pœnitentię ſacramento ipſos iuſtificari oportebit. Niſi.n. egerint pœnitentiã de peccato ſuo, per ſolam & phantaſticã nouę Theologię fidem nunq; iuſtificabuntur. Eſt enim clarum uerbũ Chriſti. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Vana commenta de ſola fide.

Iohan. 1.

Luc. 13.

Sed obijciunt nobis illud Apoſtoli. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius (ſcilicet Dei) per redemptionẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu &c. Hoc non eſt contra nos. Nuſq; em̃ dicit Paulus, ut ipſi dicunt, ſola fide iuſtificati eſtis. Quod autẽ hanc uocem Gratis ſic exponunt. Id eſt, ſola fide non

Rom. 3.

Abſurda expoſitio

de non admittimus, quia neque Paulus neque illus doctorum sic exponit. Si enim Gratis idem esset quod sola fide, oporteret istud quoque
Esaie 52. Esaie dictum, Gratis uenundati estis sic exponere. Id est, sola fide uenundati estis. Sed absurda est hæc expositio, ergo & illa. Iustificamur itaque gratis, hoc est, nullo nostro præcio aut merito præcedente, sed sola Dei misericordia
Psal. 58. præueniente & ignoscente. Iuxta illud Psalmistæ Misericordia eius perueniet me. Ideo addit mox Apostolus, per gratiam ipsius. Addit prǽterea per redemptionem quæ est in Christo Iesu, qui pro nobis redimendis dedit præcium, sanguinem suum. Hoc modo maxime gratis
Tit. 3. iustificamur in baptismo, sicut testatur ad Titum Apostolus, dicens. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hǽredes simus secundum spem uitæ æternæ. Nusquam tamen dicit Paulus Gratis. Id est, sola fide, ut isti dicunt. Ad baptismi igitur gratiam & iustificationẽ nulla requiruntur præuia opera in paruulis. Ab his uero qui post baptismũ in peccata labuntur aut relabuntur, certe non sola fides sed etiam opera pœnitentiǽ requiruntur, ut

tur, ut iustificari queant. Nisi em̄ pœnitentiam egerint, in peccatis suis peribunt, sicut in Euangelio ait Dominus. Et Paulus ad Corinthios. Ne iterum, cū uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his qui antea peccauerunt & non egerunt pœnitentiam &c. *Luc. 13.* *2. Cor. 12*

Quod igitur diximus, nos iustificari gratis, nullo nostro præcio aut merito pręcedente, uolumus hoc intelligi, de merito condigno, non de merito congruo. Congruit enim diuinę bonitati, ad opera pœnitentiæ cordis contriti & humiliati clementer respicere, ut eo facilius reconcilietur peccatori. Ait enim Psalmista. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et Dominus ad Heliā de pessimo rege Achab. Nonne uidisti humiliatum Achab coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducam malum in diebus eius. Et rursus per Esaiā ait. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos. Sic & in Euāgelio respexit humiliatum p ublicanū, qui humili prece sua meruit è templo descēdere iustificatus. Meruit autem, non de condigno, sed solum de congruo. Quū autem Cain non haberet pro peccato suo cor contritum & humiliatum, non meruit iustificari. Itaqȝ dixit. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Sic & Ecclesia in publicis Col *Meritum congrui.* *Psal. 50.* *3. Reg. 21* *Esa. 66.* *Luc. 18.* *Mereri ueniam.* *Gen. 4.*

lectis plærumqꝫ rogat, ut ueniam consequi mereatur. Itē. Vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus autorem uitæ suscipere. Mereri enim non semper stricte accipitur pro mereri ex condigno, sed sepe pro mereri ex cōgruo aut quocunqꝫ accipere aut obtinere aut cōsequi seu adipisci, sicut dixit Cain, ueniam merear. Hoc est, cōsequar aut obtineā. Quin etiam in malam aliquando partē accipitur. Sicut ait ad Iosaphat Regem Iuda Iehu uidens seu propheta. Tu quidē iram Domini me-
2. Par. 19 rebaris. Et in Iob dicitur. Multo minora exige-
Iob 12. ris ab eo quam meretur iniquitas tua. Et Pau-
Heb. 10. lus ad Hebræos. Quantomagis, deteriora putatis mereri supplicia eum qui filium Dei conculcauerit &c.

Breuis ad iustificationē uia. In summa omnibus nouis de sola fide nugis & commentis melior est una hæc cōsolatio & instructio breuicula Ecclesiastici dicentis. Pœ-
Eccl. 17. nitentibus autem dedit uiam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem ueritatis, Cōuertere ad dominum, & relinque peccata tua, Precare ante dominū, et minue offendicula. Et adhuc breuius & utilius cōclu-
Eccl. ult. dit Magnus ille Ecclesiastes Salomon, finem (inqt) loquendi pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo. Hęc profecto breuissima uerba utiliora

liora sunt omnibus, quas habet Apologia, uerbositatibus de sola fide plusquam Centies loquacissime repetitis.

ARTICVLVS XXI. De Inuocatione Sanctorum.

Contra Inuocationē sanctorum in Confessione, Duo tantum proponuntur argumenta. Quorum unum sic habet. Scriptura non docet inuocare Sanctos, seu petere auxilium à sanctis. Quia unum Christum nobis proponit mediatorem, Propiciatorē; Pontificem & Intercessorem. Ad hanc obiectionē responsum est supra. Multas enim habet Ecclesia Ceremonias, bonas, pias & ædificatorias, quas scriptura sacra non docet. Non enim omnia scripta sunt, Non ualet igitur argumentum ab autoritate negatiue, uti sciunt omnes Dialectici. Etenim spiritus sanctus, qui est autor scripturę, multa sibi reseruauit, ultra ea quę scripta sunt, Ecclesiæ Christi usq; ad consummationem sæculi per seipsum suggerenda ac manifestanda, ne uideatur ociose aut ignauiter in ea dormitare.

Sup. art. 15.

Non omnia sunt scripta.

Ioh. 14. & 16.

Loca scripturæ de sanctis. Deinde, Non est omnino uerum, nihil haberi in scriptura de inuocatione sanctorum. Sic enim ait Patriarcha Iacob, benedicens filijs duobus Ioseph. Et inuocetur super eos nomen meum nomina quoq; patrum meorum Abraham & Isaac. Item. In Iob dicitur. Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Et Dauid ait in libro Psalmorum. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Montes dicuntur sancti à magnitudine aut firmitate, ij maxime qui iam in cœlo sunt, uere beati atq; in sua sanctitate firmi, à qua nunquam excident.

Gen. 48. Iob 5. Psal. 120

Vnus mediator Et multi med. Tertio. Etsi unus est mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, per redemptionem. Non excludit tamen à se sanctos suos, tanquã mediatores per deprecationem aut intercessionem: sed ait ad Patrem. Volo pater, ut ubi ego sum, illic sit et minister meus. Quin etiam docet nos facere hic amicos de mammone iniquitatis, ut cũ defecerimus, illi nos recipiãt in æterna tabernacula. Et paulo post clarum profert inuocationis sanctorũ exemplũ, ubi ait Diues in suis tormentis. Pater Abrahã miserere mei. Si ergo Christus ipse tantũ tribuit sanctis, ut possint nos in æterna tabernacula recipe et pmittit, ut dicat. Pater Abrahã miserere mei. Quanto facilius permittere credendus est, ut Matrem

Ioh. 12. Luc. 16.

ipsius

ipsius inuocantes pie dicere possimus, salue regina misericordiæ, ora pro nobis, succurre miseris, refoue flebiles, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu &c. Sicut Augustinus quodam in sermõe ipsam inuocauit. Ipsa enim longe maior est apud Deum q̃ Pater Abraham.

Christus igitur, sic est Mediator & Pontifex ut nõ excludat pios & in se credentes alios mediatores & Pontifices, Qui tamen longe alia et inferiori ratione tales sunt q̃ ipse est. Nam quẽadmodum ipse excellentiori modo lux dicitur q̃ apostoli, ad quos ipse dicebat. Vos estis lux mundi. Sic etiam longe excellentiori ratione dicitur ipse Mediator Aduocatus & Intercessor pro nobis q̃ dicuntur reliqui sancti. Sicut igitur non ualet argumentum hoc, Christus est Põtifex noster, ut ait Apostolus ad Hebræos, ergo Romanus Episcopus non est Põtifex noster. Ita etiam non ualet istud, Christus est aduocatus noster, ergo Beatissima uirgo mater eius, non debet dici aduocata nostra, Sicut nec istud ualet, Christus est filius Dei, ergo sancti non sunt filij Dei. Quia longe alia & sublimiori ratione Christus dicitur Lux, Mediator, Pontifex, Aduocatus & filius q̃ dicuntur sancti. Et tamen pro summa in sanctos suos bonitate sua, uult sua quædam illis communia

Quẽdã uerba christo et sanctis communia.

Matth. 5.

Heb. 4. et 5.

Iohan. 15

esse, Dicens. Iam non dico uos seruos sed amicos. At iuxta prouerbium Amicorum omnia sunt cõmunia. Si ergo licet nobis reliquos sanctos dicere patronos & aduocatos nostros, Quanto magis Dei genitricem Patronam & Aduocatam atq; etiam Dominam nostram dicimus? Et per hæc responsum sit ad secundũ argumentum, quod de Aduocato allegatur.

Vanissime sunt igitur Cauillationes Hagiomastygum tum ueterum tum recentium, qui nugantur cõtra honorificos Titulos, quos pia Christianorũ & religiosa deuotio sanctis Dei, præcipue uero Genitrici Dei uirgini MARI-
Psal. 81. AE, sancta longissimæ præscriptionis consue-
Iohan. 10 tudine tribuit. Si enim recte dicit scriptura (uti Christus ipse testatur) deos, eos ad quos sermo Dei factus est, Quomodo blasphæmamus nos si patronos, aduocatos, mediatores, Intercessores atq; etiam auxiliatores nostros uocamus
Ro. 8. eos, quos Paulus uocat fratres & cohæredes Christi, filios autem & hæredes Dei? Qui & per participationem uerissime Dij uocari pos-
Psal. 81. sunt, quo modo omnes beati in cœlo dij sunt atq; dicuntur, Iuxta illud. Ego dixi dij estis &
Boetius de Consola philip. lib. 3. filij excelsi omnes. Sicut & Boetius ad longũ pulcris probat rationibus.

Si ergo non est impium (sicut Christus ipse probat) eos, qui in cœlo iam sunt fratres & co

hæredes Christi, Deos dicere. Quanto minus est impium, eosdẽ dicere Patronos aut Aduocatos, Deus enim longe sublimius est uocabulum q̃ Patronus aut Aduocatus, scriptum est enim. In Esaia. Ego Dominus, gloriam meam alteri non dabo. Item Ego Dominus, & nõ est amplius, Extra me nõ est Deus. Et in lege. Nõ habebis Deos alienos coram me. Item Dominus Deus tuus Deus unus est. Ad hęc ergo dicimus. Vnus certe est Deus per essentiã & naturam. Hęc eius gloria non datur alteri. Sancti autẽ sunt Dĳ, non per naturam, sed per gratiã & per participationem beatitudinis æternæ. *Patroni & Aduocati nostri* *Esa. 42. & .45.* *Deut. 5. & .6.*

Non sunt autem Dĳ alieni nec extra Deum (sicut erant Dĳ gentiũ) sed intime coniuncti sunt Deo, beatifica uisione ac fruitione, non alieni à Deo, sed filĳ et hęredes Dei atq; cohæredes Christi, Dĳ autem gentiũ maxime alieni sunt à Deo, non in cœlo, sed in Tartaro positi. Grauissima est igitur blasphæmia, qua nunc se ctę nos Idolatras, & cultum sanctorum Idolatriam uocant, sancti enim Idola non sunt sicut erant dĳ gentium. Et sicut aliter Dĳ sunt q̃ Christus, aut Deus pater est, Ita & alio cultu à nobis honorant, nẽpe cultu Dulię, Deus autẽ solꝰ cultu latrię coli debet, Et ꝑ hęc facile repellũt Cauilli, q̃s cõtra sanctos ꝓfert Apologia. Certe non leuis est immodestia et scurrilitas, quod *Immodestia Phil.*

ꝙ Theologos quosdã, uelut aduersarios suos, tot iniurijs & calumnijs proscindere non uere tur, ad Imperatorem scribens Apologiam suã Philippus. Qui illud Pauli oblitus (Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem) uenerabilem illum Theologorum cœtum, cuius honorificam in Recessu Imperiali Cæsar ipse mẽtionem facit, proterue asinos uocat, ob id ꝙ Hieronymum contra Vigilantium allegauerunt, pro ueneratione & inuocatione sanctorũ, Et grauat eos uarijs calumnijs. Manifestos (inquit) abusus noua & inusitata crudelitate defendunt, nullos patiuntur in Ecclesia idoneos Doctores &c. Huiusmodi autem uerborum petulantia neq; ad rem facit neq; populum ædificat.

1. Tim. 5.

Nõ est autem uerum, quod ait, Veteres scriptores ante Gregorium (Romanum scilicet) non fecisse mentionem inuocationis sanctorũ. Certum est enim ꝙ Gregorius Nazianzenus, præceptor Hieronymi in plerisq; orationibus suis inuocat apertissime sanctos quosdam, ut Cyprianum, Athanasium & Basilium, Testatur præterea tempore Cypriani fuisse puellam (cui Cyprianus cũ adhuc Gentilis esset, insidiabatur stupri gratia) quæ Mariam uirginem pro pudicicia seruanda inuocauerit. Quid autem est inuocare sanctos, nisi intercessionem et auxilium

Inuocatio sanctorum non est res noua.

Greg. Nazian. in oratione de S. Cypriano.

auxilium ab eis petere? Hoc autem & Augustini temporibus factum & in usu fuisse, testatur ipse, sic dicens. Populus Christianus memorias Matyrum religiosa solennitate concelebrat, ad excitandum imitationem, & ut meritis eorum consocietur, & orationibus eorum adiuuetur.

Nec recte in dubium uocat, sanctos in cœlo pro nobis orare, Inuerecunde somnium uocans illud quod de Onia et Hieremia legitur in posteriore libro Machabæorum, cum liber ille tot iam sæculis ab Ecclesia publice sit receptus Id quod Augustinus quoque attestatur. Nos tamen & alia habemus scripturæ testimonia, Sic enim habetur in Hieremia. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, Sic in Ezechiele commemorantur Daniel Noe & Iob. At illi iampridem defuncti erant. Esto autem quod nulla de sanctorum orationibus scriptura mētionem faceret, locus tamen ab autoritate negatiue non ualeret, ut iā sæpe dictum est. At si non alius foret locus quam quod dicit dominus, ut recipiant uos in æterna tabernacula, id satis esset, Non enim recipiunt, nisi orando & intercedendo. *Libri Machab.* *Aug. de Doctrina Chist.* *Hiere. 15* *Ezec. 14*

Quod autem negat & merita sanctorū prodesse nobis, impudenter agit. Quoties enim canit & orat Ecclesia de sanctis. Vt eorū meritis adiuue- *Nos meritis sanctorum adiuuari.*

adiuuemur et praecibus? Exigit sane hoc ratio Charitatis, quae utiq; perfectior est in illis q̃ in nobis, Ait autem Apostolus, Charitas non
1. Cor. 13 quaerit quae sua sunt, sed quae aliorum, Exigit
Ib. 12. idipsum et fidei articulus quo credimus sancto
Heb. 11. rum communionem. Exigit idem et ratio atq;
Apoc. 6. natura mystici corporis Christi, quod est Ecclesia, ut in idipsum pro inuicem sollicita sint membra, teste Apostolo. Exigit hoc idem & diuina dispositio, ne sine nobis cõsummentur. Iubent enim expectare donec compleantur cõserui fratres eorum.

Merita sanctorũ alijs prodesse.

Comprobat deniq; idipsum multis exemplis scriptura diuina. Si enim Quinquaginta, immo si uel Decẽ iusti reperti fuissent in Sodoma & Gomorra, merita eorum omnibus profutura fuissent ne disperderentur & in aeternũ
Gen. 18. perirent. Quoties uero populus filiorum Israel
Exo. 32. interijsset, si non stetisset Moyses in confractio
Psal. 105 ne in conspectu domini? Nam & ipse orans pro populo Deum sanctorum patrum suorũ merita obtendebat. Recordare (inquit) Abraham & Isaac & Iacob seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum. Sic & Salomõ
2. Par. 6. in oratione ad Deum ait, Memento misericor
3. Reg. 11 diarum Dauid serui tui. Et ipse Dominus eidẽ Salomoni propter eius peccata iratus ait. Dis rumpens scindam regnum tuum, & dabo illud

seruo tuo, uerum tamen in diebus tuis non faciam, propter Dauid patrem tuum. Ex his & id genus cõpluribus scripturæ exemplis apertissime constat, sanctorum merita posse alijs prodesse.

Nec credendum est, per hoc iniuriam fieri meritis Christi, quia Christus non est osor aut inimicus sanctorum, ut putare possit, detrahi sibi quod illis tribuitur. Sed manifeste contrariũ dicit. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Si ergo pater ipse cælestis ministros Christi in cœlo honorificat (teste ipsomet christo) Non potest honor sanctorum Christo displicere, qui dixit. Volo pater ut ubi ego sum, illic sit et minister meus, Semel igitur ad omnes Philippi cauillationes, quas sinistro zelo ad Christũ contra sanctos obijcit, responsum hoc sufficiat. Quicquid honoris tribuitur sanctis, excellentiori modo tribuendum est Christo, sic enim nulla fit Christo iniuria, & participibus eius nõ subtrahitur debitus honor.

Meritis Christi nihil detrahimus.

Matt. 25.
Iohan. 12.

Articulus. XXII. De Utraque specie Eucharistiæ.

FAlso iactitant in Confessione sua protestantes, quod de nullo articulo fidei ab Ecclesia

Medacium.

Ecclesia Catholica dissentiāt, falsitas enim ista ex supradictis patet. Quod si opus foret, possent uel sexcenti enumerari ex diuersis Concionatorum suorū libris & sermonibus articuli, In quibus longe aliter sentiunt q̄ sentit Ecclesia Catholica. Quod & ex ipso facto apertissimum est. Quanta sunt enim in ipsorum Eccle sijs per. xxij. annos mutata? Certe longe alia est nunc ibi facies, usus & dispositio omnium rituum & sacrorum q̄ antea fuit.

Extra missam usus unius speciei sẽper in Ecclesia fuit Quod autem usum unius speciei in administratione Eucharistiæ, pro abusu haberi uolūt, non recte faciūt. Possumus enim et ex scripturis & ex antiquis scriptoribus luculenter probare, q̄ extra Missam semper licitū fuerit, una specie uti, Nam quando in Emaus duo discipuli Dominum in fractione panis cognouerunt, *Luc. 24.* attestantur magni & Classici Autores Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus, Beda &c. non simplicem aut naturalem iam amplius, sed benedictione Domini consecratum fuisse panem, hoc est, uerum corpus Domini.

Quod & de illa fractione panis dici potest, de qua in actibus Apostolorum legitur, Diserte enim ibi dicitur, in communicatione fractionis panis. Item frangentes panem circa domos cum exultatione cibum sumebant. Item una *Act. 2. et. 20.* autem sabbati cum conuenissemus ad frangẽdum

dum panem, Certe non frustra ibi dicitur Communicatio. Quod si fractio illa panis, non consecrati sed simplicis & naturalis panis fuisset, rectius dixisset Lucas, cum exultatione illũ sumebant, q̃ Cũ exultatione cibum sumebãt, Neq; opus fuisset, una sabbati conuenire ad frangendum panem simplicem & naturalem, hunc. n. domi sumere cuiq; licebat, sicut manifeste docet Paulus, ubi arguit Corinthios, dicens, Nũquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Et hæc ex scripturis.

Fractio panis.

1. Cor. 11

Ex patribus autem manifeste narrant exempla Tertullianus, Cyprianus & Ambrosius, ex quib9 liquet, extra missam unius speciei usum semper licitum fuisse. Tertullianus libro secundo ad uxorẽ suam, Cyprianus in sermone de lapsis, Ambrosius in libro de excessu fratris sui Satyri. Vbi omnes narrant Eucharistiam sub specie panis reseruatã fuisse. Tertul. et Cypri. domi in arca priuatim tempore persecutionis, quãdo in unũ conuenire quotidie nõ licebat. Ambro. in orario in naui, quando frater eius recepit Eucharistiam, & suspendit eam in collo suo, ut eius prȩsidio ẻ naufragio euaderet Quod & factum fuit.

Testimonia Patrũ de una specie.

Legimus præterea in uita Symmachi Papȩ, q̃ in Duabus Ecclesijs, quas construxit, Ciboria fecerit argentea. Is autem Papa ante Mille annos

Ciboria ante M. annos.

De consecra. dist. 2. c. presbyter cū se.

annos mortuus est. Leguntur Item antiqui Conciliorum Canones, In quibus præceptum est sacerdotibus, ut semper habeant in Ecclesijs Eucharistiam pro infirmis paratam, ne sine uiatico decedant. Certa proinde pœna constituta fuit presbytero, qui non bene custodierit Eucharistiam, si forte mus aut aliud animal arroserit, aut si pars in terram ceciderit & inuenta non sit. Ex his omnibus facile patet, quod non sit res per sese illicita, extra missam sub una specie Eucharistiam sumere. Immo nullum extat receptum aut probatum ab Ecclesia exemplum sumendi Eucharistiam extra missam sub utraque specie.

Nota.

Gelasij Canon.

Quod igitur in Confessione ex Gelasio Papa obijcitur, intelligendum est (ut declarat & Rubrica & Glosa ibidem, atque etiam alij Canones Duo proxime præcedentes) de sacerdote sacrificante, Cui certe non licet in sacrificio unam duntaxat speciem sumere. Extra sacrificium uero neque sacerdotibus neque Laicis unque illicitum fuit, una specie uti. Consuetudo igitur communicandi sub una specie nequaque est contra mandatum Dei, Nusque enim mandat Christus aut Paulus aut ullus Apostolorum, ut extra missam non nisi sub utraque specie communicetur. Non est igitur dicenda

Vna uti specie nō est contra mandatū Christi.

Sacra

Sacramenti diuisio, ubi uel Laicis porrigitur, uel pro infirmis reseruatur in pixide, uel in Mõstrantijs uenerabiliter circumfertur, sub una duntaxat specie sacratissima Eucharistia, Licet enim altera ibi species externa, nempe uini, nõ adsit, adest tamen res sacramenti tota, totus scilicet Christus, uerus Deus & homo.

Quamuis uero dici soleat Corpus Domini, ex eo, quod uerba consecrationis super panem dicta, expressa tantum de corpore Christi mentionem faciunt, Et conuersio substantialis (quã uulgo Transsubstãtiationẽ dicimus) directe à panis substantia in corpus Domini tendit: Concomitanter tamen adsunt & alia quæ Christi sunt, ut sanguis, anima, Deitas, atq; adeo totus Christus, uerus Deus & homo, cui adoratio & latriæ cultus summo iure debetur. Proinde impijssimus est iste sectarum nouarum error, quo putatur in hostia consecrata quæ seorsum sine calice consecrati uini reposita seruatur uel in Ciborijs uel in Monstrantijs, aut extra missam porrigitur infirmis, non esse uerum corpus Domini. Error Impijssimus.

Vnde fit, ut in terris & Dominijs Protestantium, propter hunc errorem, non liceat hostiã consecratam uel per plateas ad infirmos portare, uel in ciborijs reseruare in templis,

uel in publica processione uenerabiliter deuo-
tionis gratia circumferre. Et quod adhuc lon-
ge horribilius est, non licet in ijsce dominijs ue
rum corpus domini & eius sanguinem Deo in
odorem suauitatis offerre aut ueram Missam
ullam celebrare, Necque licet ibi amplius Trans-
substantiationẽ panis & uini in corpus & san-
guinem Christi confiteri. Hi sunt profecto
maximi & horrendissimi abusus Eucharistiæ.
Abusus grauissi-mus. Quibus & iste accedit, haud leuis sane error
aut paruus abusus quod sacramento hoc unitatis
omnes protestantium Ecclesiæ abuntuntur in
schismate contra Catholicam Ecclesiam, in o-
dio contra Papam et omnem Clerum Catho-
licum, & in peccatis non rite confessis.

Trabes in oculis Protestã tium. Hæ nimirum sunt trabes magnæ, ex ocu
lis dissidentium à nobis fratrum salubriter &
quantocius extrahendæ. Ad quarum sane
collationem contentio de utraque specie uix fe-
stucæ rationem habet. Est enim Centuplo
grauius, communicare in schismate contra Ec
clesiam excitato, siue id sub una siue sub utra
que specie fiat, quam communicare extra mis-
sam sub una duntaxat specie, Communicare
enim sub una specie neque Christus neque Pau-
lus prohibuit usquam. Cõmunicare aũt in schisma
Iohã. 17. te maxime prohibuerũt ambo. Christus enim
ait, Ut sint unum in nobis, sicut nos unum su-
mus.

mus, Paulus uero. Obsecro, ut idipsum dicatis omnes, & non sint inter uos schismata. Item unus panis & unum corpus sumus omnes, qui de uno pane manducamus. Certe adeo magnum est peccatum hodie, contra Ecclesiæ consuetudinem & contra Generalium Conciliorum constitutionē & decretum, sub utraq; specie extra missam per rebellionē communicare, ut scriptura illud Idolatriæ (quæ est grauissimum peccatum) comperauerit & similia esse dixerit. In hæc sane uerba. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus Idolatriæ, nolle acquiescere.

1. Cor. 1. & 10.

1. reg. 15

Negamus igitur ea, quæ hac de re contra ueritatem asserit in Apologia Philippus. Neq; enim pium est, neq; Christi institutioni aut uerbis Pauli consentaneum, uti utraq; specie in schismate, sicut ubiq; faciunt in Ecclesijs suis Protestantes. Quod autem ait, Christum instituisse utramq; partem non pro parte Ecclesiæ, sed pro tota Ecclesia, hoc quidem concedimus, si recte intelligatur. Et addimus etiam, quod Christus pro nullo schismate ullam instituerit partem, quia instituit sacramentū unitatis, non diuisionis, Dilectionis, non odij, non separationis, non schismatis.

Vtraq; species pro tota Ecclesia in sacrificio.

Certe pro tota Ecclesia instituit Dominus

utramque speciem huius sacramenti, propterea in Ecclesia Catholica ubique utraque species pro tota Ecclesia consecratur & offertur à sacerdotibus, uti ex sacro Canone Missæ manifestum est. Atque etiam ex Euangelio, ubi sacerdotibus (qui Apostolorum loco sunt) Ait Dominus. Hoc facite in meam conmemorationem. Nisi enim hoc uerbum, facite, ibi pro conficite seu consecrate accipiatur, non poterimus ex ulla scriptura clare demonstrare consecrandi potestatem sacerdotibus à Christo datam. Scriptura enim nusquam dicit, quod ex pane et uino fiat uerum corpus & uerus sanguis Christi per prolationem uerborum Christi à sacerdote factam. Cōsecratur itaque & offertur Eucharistiæ sacramentum & sacrificium, non pro parte Ecclesiæ sed pro tota Ecclesia.

Luce. 22. Hoc facite in me. comme.

Non autem sumitur ab omnibus pro tota Ecclesia, sed quicunque sumit, sicut per seipsum, ita & pro seipso sumit, non pro alijs. Nō enim alijs, sed sibi prodest quicūque digne sumit, sicut & econtra, non alijs, sed sibi nocet, quicunque sumit indigne. Præterea non sumunt paruuli, nō fatui, non energumini, non Catechumini, non pœnitentes publice. Et tamen pro ipsis quoque consecratur & offertur in sacrificio Missæ. Nemo igitur necessario astrictus est ad utramque

Pro alijs non sumitur sed offertur.

ſpeciem ſumendam prætercq; ſacerdos conſecrans & offerens. Reliqui, quot quot ſumunt, tantum ſumunt ſub una ſpecie, quantum ſacerdos ſub utraq;.

Non igitur partem, ſed totum ſacramentũ reipſa ſumunt, licet ſecundum externum ſignũ (quod tamen nulla ſubſtantia ſed merum accidens eſt) partem ſacramenti ſumere dicantur, In re autem ipſa nihil minus ſumunt q̃ ſumit ſacerdos celebrans, Vaniſſima igitur & improbiſſima minimeq; neceſſaria eſt iſta Proteſtantium de utraq; ſpecie contentio, per quam ſane ut umbra mere accidentalem utriuſq; ſpeciei apprehendant, ueram ſubſtantiam & rem ſacramenti, corpus & ſanguinem Chriſti, aut ſumunt indigne propter ſchiſma quod faciunt, aut omnino non ſumunt, ſi non ſit à legitimo ſacerdote rite conſecratum, Similes in hoc (abſit iniuria comparationi) Eeſopico cani, qui per aquam tranſiens, ueram carnem, quam in ore aut rictu portat, dimittit, ut umbram eius, quæ ſibi per aquam maior quam ipſa caro uidetur, apprehendat. *Totum ſacramentũ*

Heu quanta eſt hæc animarum perditio. Si enim uere ſumunt ibi corpus Dñi, ſumũt indigne, utpote in ſchiſmate. Si autem ſumunt pro uero corpore Domini merum panem *Idolatria Proteſtãtium.*

non rite conſecratum. Idolatriam committunt adorantes purum panem piſtum pro Corpore Chriſti, atq; adeo pro ipſo Chriſto, Deo creatore & redemptore ſuo. Id quod (prohdolor) frequentiſſime faciunt. Habẽt enim presbiteros multos uoce tantum & ſecundum externam ſpeciem, qui re ipſa et intus meri ſunt Laici, quippe à nullo Epiſcopo uero rite conſecrati & in præsbiteros ordinati. Hi ſunt uere grandes & horrendi abuſus. Communicare autem ſub una ſpecie extra miſſam, nequaq; eſt abuſus, quia nuſquam prohibitum eſt.

Rectius utraq; ſpecies quam utraq; pars dicitur.

Quod autem nunc nouo loquendi modo, Philippus non amplius utramq; ſpeciem, ſed utranq; partem uocat, aliquid noui monſtri alere uidetur. Nos certe antiqua Eccleſiæ fide credimus, Laicos atq; etiam ſacerdotes extra miſſam ſub una ſpecie huius ſacramenti, non partem rei contentæ ſed totam rem contentam, nempe totum Chriſtum ſumere. Quod ſi Philippus credat, ſub pane (ut ipſe loquitur) aut ſub ſpecie panis (ut nos loquimus) tantummodo partẽ eſſe. hoc eſt ſolum corpus ſeu carnẽ Chriſti, et non ſanguinẽ animãq; & deitatẽ eiuſdẽ, falſiſſimã habet de hoc ſacramento fidem, quia negans concomitantiam putat ſe ſumere ſolam carnem Chriſti ſine ſanguine,

qualis

qualis profecto in rerum natura nusquam est. Est ergo mere phantastica talis caro, non reuera caro Christi, adhuc phantastici capitis, quod sibi talem carnem effingit, uaniorem certe adhuc, quam sit umbra carnis, propter quam canis in aqua ueram carnem dimittit.

Reliquas Philippi falsitates & calumnias circa hunc articulum, multis confutare uerbis nequaquam est necessarium. Non enim pœnæ causa subtrahitur laicis atq; etiã sacerdotibus extra missam constitutis altera species sacramenti, sed in bonum potius eorum, ne fiant rei Christo per effusionem præciosissimi sanguinis eius in terram, atq; per hoc sibi sumant hoc sacramentum non ad salutem sed in iudicium. *Calũnię.*

Et hoc quoq; falsum est, quod nullum huius rei uetus exemplum afferre possimus. Nos enim supra attulimus multa & quidem uetustissima tum ex scripturis, tum ex antiquis autoribus. *Sup. eod. art.*

Quod aũt ait, ꝓhibitionẽ alterius speciei nõ posse defendi, egregie fallitur. Tum quia iam pridem defensa est à complurimis contra Bohemos. Inter quos & Gerson Parisiensis Cãcellarius reperitur, quẽ Philippus ipse diuino spiritu illuminatum olim dixit. Et Nicolaus de Cusa Cardinalis. Tum quia prohibitio illa nõ est uniuersalis neq; loco neq; tempore. Non lo- *Prohibitio alterius speciei defenditur.*

 co, quia

eo, quia non prohibet ijs qui semper utriusque speciei usum etiam pro laicis habuerunt, sed ijs tantum, qui iam antea usum unius speciei receperant, propter nouitatem autem Bohemorū, Calixtinorum (quandoquidem & illi iampridem antea unius speciei usum habuerant) dubitabant, aut male illorum exemplo, reprehendebant. Contra huiusmodi igitur nouitatem erroneam prohibuerunt Generalia Concilia, ne quis usum unius speciei extra missam reprehendat, neue sine Papæ licentia eum usum aboleat, et nouum, sicut Bohemi temere fecerunt, suapte autoritate introducat, quia per nouitatem turbaret Ecclesiæ pacem, sicut grauissime turbant eam (prohdolor) hodie Protestantes.

ARTICVLVS XXIII.

De Coniugio Sacerdotum.

IN hoc articulo ualde petulanter rhetoricatur Philippus in Apologia, tum grandiloquis ad Cæsaream Maiestatem, exclamationibus, tum amarulentis in aduersarios conuicijs & calumnijs, tum denique uersutis aduersus legem Cœlibatus argutijs. Nos quidem libenter audimus, Cæsarem ab eo dici castum et pudicum facie. Conuicia autem & calumnias in Theologos illos, quos Cæsar ipse in publico Re-

eo Recessu Augustensi à uirtute & eruditione commendauit, approbare nō possumus. Quis enim probet, quod Laicalis & uxoratus iste Theologus procaciter uocat illos Theologiæ Doctores homines nihili, Sardanapalos, Nebulones &c.? Aut quod multis maliciose grauat eos calumnijs. Quales sunt, exempli gratia, quod apud eos flagrent prodigiosæ libidines, quod Curios simulent & Bachanalia uiuant, qđ prętextu religionis reipsa dimicent de damnatione, quod approbent regnū Antichristi cuius nota sit Contemptus mulierū, quod multos bonos uiros crudeliter occidant, quod non possint placari nisi manifesta ueritas projciatur, & id genus aliæ. Quæ profecto sine impudenti petulantia talibus uiris in publico, præsertim ad Cæsarem, scripto nequaquam objci possunt. Nos igitur his omissis, ad rationes & argumenta potius tam Cōfessionis quā Apologiæ succincte respondebimus. Primū igitur, Ad illud Apl̄i. Vnusquisq; habeat uxorē suā ꝑpter fornicationē. Respōdemus, cū S. Hier. hoc intelligendū esse de eo uiro qui uotū castitatis non emiserit. Sicut & illud eiusdē Apostoli: Virgo si nupserit, non peccat. De ea tantum uirgine intelligitur, q̄ castitatis uotū Deo non fecit. Siue .n. uir siue uirgo uotū suum præuaricata fuerit, ab eodē Apl̄o damnatur his sane uerbis

Conuicia & Calūniæ in Theologos.

Responsio ad uerba Pauli. 1. Cor. 7.

1.Tim.5. uerbis. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Male igitur infert Apologia ex hoc uerbo Apostoli preceptum, quod precipiat sacerdotibus uxores ducere, eo quod & ipsi sunt homines. Si enim hoc uerum esset, sanctissimi uiri. Ioannes Euangelista, Marcus, Lucas, Timotheus. Ignatius &c. fuissent huius præcepti præuaricatores, quia uxores non habuerunt. Quemadmodum necp Athanasius necp Basilius necp Nicolaus, Martinus, Ambrosius etiã innumeri alij sanctissimi Episcopi & presbyteri, qui celibem duxere uitam. Sicut & ipse Dominus, & ipse quocp Paulus, Apostolus eius: Qui & in eodem Capitulo, quod Philippus allegat, expresse dicit. Volo autem omnes uos homines esse sicut me ipsum, sed unus quisqp proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis & uiduis. Bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.

Paulus Cœlebs.

1.Cor.7. Secundo. Ad illud eiusdem Apostoli. Melius est nubere quam uri. Quod & Iouinianus olim nequiter obiecit ac male intellexit. Dicimus breuiter, quod uri non pro qualibet carnis concupiscentia hic accipitur, sed pro ea duntaxat, quæ rationi pdominatur & eam in peccati cõsensum trahit. Iuxta illud Iacobi. Vnusquisqp uero tentatur à concupiscentia sua, abstractus

Melius est nubere quam uri.

Iacob. 1.

ftractus & illectus. Deinde concupiſcentia, ſi conceperit, parit peccatū, Qui aūt concupiſcentiæ non conſentit, is non uritur, quantumuis caro ferueat inquieta. Ea enim pugna. Qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, per ſe peccatum non eſt, ſed uirtutis potius exercitium, ſi ſpiritus fortiter carni reſiſtit. Tunc autem eſt peccatum, quando ſpiritus uincitur à carne & uictus præbet ei conſenſum. Quod autem illa carnis tentatio non ſit ſecundum ſe peccatū, niſi acceſſerit ſpiritus aut rationis conſenſus, patet uel ex eo qđ Chriſtus Paulo, contra huiuſmodi ſtimulum carnis oranti, dixit Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim in infirmitate perficitur. Alioqui ſi ſtimulus ille uera eſſet uſtio, debuiſſet & Paulus nubere ne ureretur.

Galat. 5.

2. Cor. 12

Tercio. Ad illud, quod ex Geneſi de maſculi & fœminæ coniunctione adducunt, quod ſit creatio & ordinatio Dei, lex naturæ. Ius naturale, quod ſit immutabile. Ideoqꝫ neceſſe ſit ſemper manere Ius contrahendi coniugij, nec poſſit ullis tolli ſtatutis aut uotis: Ad hoc dicimus, quod etſi Deus creando dat unicuiqꝫ ſexum, per quem coniunctio naturalis uiri et fœminæ fieri queat, nemini tamen imponit neceſſitatem coniungendi. Poteſt enim naturalis illa potentia ſeu facultas coniungendi uel per libe-

Creati à Deo uir et mulier

rum arbitrium cohiberi, uel externa ui aut lege prohiberi, licet naturalis ille affectus internus, quem Storgen Physicam græce appellat Philippus, ex ipsa natura tolli nequeat. Potest igitur uel continentissimus Monachus aut Episcopus eum habere affectum, qui tamen seipsum castrauit propter regnum cœlorum.

Matt. 19.

Verũ nõ oẽs capiũt hoc uerbũ. Quid tũ uero? necq; etiã necesse est, oẽs fieri sacerdotes aut Monachos. Qui capere potest capiat. Ad uotũ castitatis faciendũ nemo cogit. Quia aũt ultro castitatis uotum emittit, huic autoritas diuina & uerbum Dei necessitatem seruandi uoti iniungit, & quidem in multis scripturæ sacræ locis, tam ueteris quam noui Testamẽti. Hic breuitatis gratia sufficiat unicus ille locus, quem sapientissimus posuit Ecclesiastes, dicens. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcunq; uoueris redde, multoq; melius est non uouere, quam post uotum promissa non reddere. Hęc ibi. Quamuis igitur uotum castitatis non tollat naturam, aut ius naturale, tollit tamen actum coniungendi aut nubendi. Actus enim non est necessarius, sed potest aut lege prohiberi uel per liberam uoluntatem cohiberi.

Post uotum nubere non licet.

Eccl. 5.

Luth. de

Pessima igitur & scandalosissima Lutheri doctrina,

ctrina, per quã docuit, huiusmodi coniunctionem magis esse necessariam unicuiq; quam comedere, dormire, screare. Videmus enim eam coniunctionem etiam in bestijs & in auiculis, quę caueis inclusæ tenentur, longissimo tẽpore etiã in mortẽ usq; suspendi ac prohiberi posse. Quanto magis potest homo, qui ratione prędi tus est, ab ea uel ꝑpetuo abstinere, adiuuãte dei gratia, si emisso uoto continentiam fideliter à Deo petat. Idem enim qui dixit. Sine me nihil potestis facere, dixit quoque, Petite & accipietis.

uita coniugali.

Ioh. 15.
Matt. 7.

Quarto. Ad illud, quod lex Pontificia de cœlibatu dissentiat à ueterum Synodorum Canonibus. Dicimus hoc non esse uerum. Contrarium enim ostendit ad longum S. Augustinus in libro de quæstionibus noui & ueteris Testamenti, quæstione ultima. Et Synodus secunda Carthaginensis sic habet in secundo Canone. Aurelius Episcopus dixit. Cũ in prę terito Concilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, Gradus isti Tres conscriptione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt, Episcopos inquam, presbyteros & Diaconos ita placuit, ut condecet sacrosanctos Antistites & Dei sacerdotes, nec non & Leuitas, uel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus

Veteres Canones de Cœlibatu.

quo possint simpliciter, quod à Deo postulant impetrare. Vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab uniuersis Episcopis dictum est. Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, uel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est. Placet & ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur qui altario deseruiunt.

Ecce antiquum hoc Concilium clare testatur Cœlibatum non esse nouam Rom. Pontificum legem sed ita docuisse Apostolos & Antiquitatem ita seruasse. Quemadmodum & uicesimus septimus Canon Apostolorum testatur in hæc uerba. Innuptis autem, qui ad Clerum prouecti sunt, præcipimus, ut si uoluerint, uxores accipiant, sed Lectores Cantoresq́ tantummodo. Iniuste igitur criminatur Philippus iste de institutione Cœlibatus Rom. Pontifices posteriores. Cum etiam Hieronymus contra Vigilantium scribens testetur, non solum Occidentis sed etiam Orientis Ecclesias eos habuisse Episcopos, Presbyteros & Diacones, qui aut uirgines essent aut mariti esse desineret, falsa sunt igitur omnino, quæ in contrarium affert Philippus.

Canon Apostolorũ de Cœlibatu.

Quinto, Ad illud quod de mundicie coniugij cons

gij contendunt, Dicimus. Etsi non est in coniugio ea immundicies, quæ in peccatum reputetur sicut in fornicatione aut adulterio fit,. Est tamen in actu coniugij non parua aut leuis immundicies corporalis ex carnis libidine, quam etiam sancti patiũtur parentes, dum generant. Nos uero eam immundiciem non reputamus in peccatum; sicut falso & inique reputat Lutherus, qui uere peccatum & actualem culpam ex ea facit.

Qualis in coniugio immundicia.

Luth. in asser. art. 2.

Quod autem eam immundiciẽ Ecclesia mater in suis ministris, qui altari seruiunt, & sanctum sanctorum ibi manibus suis contrectãt, recusat habere, neq; est contra rationẽ neq; contra scripturam. Rationi .n. consentaneum est, ut etiam corporalis mũdicies custodiatur in ijs qui in altari corpus Dñi, quod omniũ mundissimum est, contrectant. Et rationi astipulatur etiam scriptura. Quippe Moyses iussit omnem populum per triduum continere ab uxoribus, ut digne audirent ex ore Dei uerba Decalogi. Et Abimelech sacerdos Dauidi & socijs eius non erat concessurus, ut de panibus propositionis comederent, nisi mundi fuissent & ab uxoribus continuissent ab heri & nudius tertius, ut sacra habet historia. Præterea, quando sacerdotes agebant in templo uices suas, ab uxoribus continere illis diebus tenebantur.

Mundicia corporalis ministrorum Ecclesiæ.

Exod. 19

1. Reg. 21

Luc. 1.

Friuola euasio. Quod aũt Philippus ait, aliud esse ministrare, aliud orare, & per hoc uult inferre, quod consuetudo cum coniuge, hoc est, actus coniugalis non impediat sacerdotem ne oret: Nihil ualet, Paulus enim manifeste contrarium asserit, his uerbis. *1. Cor. 7.* Nolite (inquit) fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum. Cum igitur sacerdotes Christi teneantur quotidie & ministrare in templo & orare pro populo, Rationabile est ualde & sacræ scripturæ consonũ, ut cœlibem agant uitam, ad seruiendum Domino in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus suis. Sexto. Ad illud, quod negat Philippus, suos ęquare Matrimoniũ uirginitati, aut Iouiniani hęresim ꝓbare aut resuscitare, &c. *Aequare Virginitati coniugium.* Dicimus, uere impudens hoc esse mendacium, quod ille falso in calumniam imputat nostris. Lutherus enim in Diabolico & plus quã carnali Epithalamio suo (quod in septimum prioris Epistolæ Pauli ad Corinthios capitulum scripsit, totũ ibi sensum Pauli peruertens,) manifeste æquat Matrimoniũ Virginitati. Hæc. n. sunt ibi noui huius Iouiniani uerba. Coram Deo æque multũ ualet siue sis siue nõ sis uirgo, & sicut supradictum est (inquit) Qui seruus uocatus est, libertus est Domini. Ita & hic dici potest, Quæ uirgo uocata est mulier est coram

eſt coram Deo, & quæ mulier uocata eſt, uirgo eſt coram Deo. Apud Deum enim omnia æqualiter ualent,nec ulla eſt differentia perſonarum aut meritorum,ſed ſola fides æqualis eſt in omnibus & per omnia. Inſani autem doctores Diaboli Monialibus & cunctis uirginibus ſingulares aureolas in cœlo fabricant,atque ex eis ſponſas Chriſti faciunt,perinde ac ſi cæteri Chriſtiani non ſint ſponſæ Chriſti. Hæc ille ſatis Iouiniace.

Inſana uerba Luth.

In eo autem libello,quem Germanice de uita coniugali ędidit,plus quam Iouinianice loquitur. Ibi enim non æquat (ſicut Iouinianus fecit) ſed longiſſime præfert coniugium uirginitati,etiam ei quæ per ſolenne uotum Deo ſacrata eſt, adeo ſane carnaliter,ut dicat. Nullam eſſe comparationem inter Coniugatam & Monialem,ſicut & uiæ Domini & uiæ hominum nullam habent inter ſeſe ſimilitudinem. Quin etiam Moniales uſque adeo deijcit ac damnat, ut dicat eas non eſſe dignas, quæ paruulo baptizato etiamſi ex fornicatione aut incæſtu prognatus ſit, uel cunas agitent uel pulmentum faciant. Omnia præterea opera, omnem conuerſationem & tribulationem earum eſſe impiam caſſam & pernicioſam. Rectius autem in Apologia præfert Philippus Virginitatem Matrimonio ex eo, quod eſt

Adhuc inſaniora.

Philipp. contra Luth.

quod est quædã castratio sui ipsius propter regnum cœlorum ut discere aut docere Euangelium uacet. Proinde ait uirginitatem præstantius coniugio donum esse. Quæ nos libenter concedimus, & acceptamus, tanq̃ Euangelio & Paulo consentanea, longe magis quã ea quę Lutherus & Iouinianus docuerunt.

Cœlibatus onus leue.

Matt. 11.

1. Cor. 7.

Septimo. Ad illud, quod accusat legem Cœlibatus tanquam onus importabile, quod noceat publicis moribus pariatq; flagitiosas libidines &c. Dicimus, quod Christus ipse suo nos docuit exemplo Cœlibatum, & onus suum leue iugumq; suaue dixit. Quod & Apostolus eius Paulus confirmat, dicens. Existimo enim hoc (nempe uirginitatem) bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorē. Si autem acceperis uxorē, non peccasti. Etsi nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationē tamen carnis habebunt huiusmodi etc.

Calumnia in Cœlibatum.

Reuera igitur Cœlibatus multo leuius est onus quam coniugium. Nec nocet per se publicis moribus, neq; per se parit flagitiosas libidines, ut falso imputat ei Philippus, commemorans odiose uicia, propter quę diluuium totam terram, & Quinq; Ciuitates ignis de cœlo disperdidit. Illis enim temporibus Cœlibatus in

usu non

usu non erat, neq; ulli in sodomis, aut ante dilu uium Monachi aut Moniales fuisse leguntur. Nequiter igitur & inique trahit hic publice in suspicionem eiusmodi uiciorum totum genus Cœlibum Philippus. Cum per Dei gratiam adhuc hodie innumeri sacerdotes Monachiq; & Moniales ab eiusmodi uicijs immunes existant.

Reliqua, quæ Apologia contra Cœlibatũ producit, aut calumniæ sunt aut nugæ, quæ speciali responsione non indigent. Quæ autem in Confessione obijciunt, ex supradictis facile diluuntur. Non est sane mandatum Dei uxorem ducere aut prolem procreare, sed liberum relinquitur, alioqui Christus ipse reus fuisset mandati, quia uxorem non duxit. Ipse autem sciens, hoc non esse à Deo mandatum, uere & secure dixit, sicut dedit mihi mandatum pater, sic facio. Votum igitur castitatis nequaquam est contra mandatum Dei, frustra itaq; ingeminant Protestantes ac crebro repetũt illud, Mandatum Dei neq; uotis neq; statutis aut legibus hominum tolli aut mutari potest. Pia enim uota, Dei mandatum nec tollunt nec soluunt, sed sunt potius supererogationis opera, quæ non sunt à Deo præcepta. Non peccat igitur is qui castitatem non uouet. Peccat autem is, qui uotum castitatis semel emissum nõ seruat, sed retro

Coniugium non est mandatum à Deo.

Ioh. 14.

 respiciens,

Gen. 19. respiciens, sicut uxor Loth. regno Dei indignũ
Luc. 9. se facit, & Deo suo fidem impie fallit.
Eccl. 5. Quod aũt dicunt. In Ecclesia ueteri non fuisse Cœlibatum, & in Germania primum ante annos CCCC. sacerdotes ui coactos esse ad Cœlibatum. Nos id falsum esse supra copiose ostendimus ex facto Christi, Apostolorum & sanctissimorum Pontificum, Episcoporũ et Cõciliorum, non unius Germaniæ, sed omniũ totius orbis prouinciarum. Nusquam enim consuetudo unquam fuit, quod Episcopis presbyteris Monachisq; & Monialibus coniugium inire licuerit. Quin etiam in Germania consuetudo illa nunquã fuit approbata aut recepta, nec ante nec post CCCC. annos. Quas enim habuerunt uxores sanctissimi illi Episcopi, primi fidei Christianæ plantatores in Germania, Bonifacius, Kilianus, Burcardus, Rupertus, Vuilibaldus, Erhardus, Vdalricus &c? Quas deinde habuerunt eorum successores p annos plus minus DCCC? Quamq; nõ diffitemur, tempore schismatis, quod contra Ro. Pontifices excitauit in Germania Imperator Henricus Quartus (aut secundum quorundam computum & opinionem Tertius) quosdam presbyteros, contra Canones & antiquam cõsuetudinẽ, uxores duxisse de facto, tanquã præuaricatores & superioribus suis rebelles. Quemadmodum

Coniugiũ sacerdotũ nusquam usitatum.

Schisma tempore Gregorij VII.

modum & nunc per XX. annos; multos non solum presbyteros sed et Monachos temere ac scandalose fecisse non negamus, sed multo cum dolore ac gemitu deflemus. Qua uero autoritate talia facta cõprobantur? Nõne & à Iouiniano ante M. annos, Moniales quædam deceptæ nupserũt, etiam Romæ, uti testantur Augustinus & Hieronymus? At friuolũ est argumentum, ex facto quorundã preuaricatorũ & hæriticorũ rem aliquã, quæ Canonibus & legibus interdicta est, iustificare aut generaliter defendere, sic .n. & alia peccata omnia defendi aut excusari possent, si ualeret argumentũ ab exemplo & ex facto impiorũ, qui omnia cõculcant. Per hęc tñ nolumus Concubinatũ aut ullũ aliud uiciũ sacerdotũ Monachorũ ue aut Monialiũ defendisse, q̃ corrigi potius et tolli desyderamus.

ARTICVLVS XXIIII. De Missa.

TAnta est circa hunc articulũ et mentiendi impudentia & calumniandi malignitas, & nouitas loquendi, ut admodũ difficile sit per cõpendiũ (ut cupimus) respõdere, & in tanta uerborum cõfusione ordinem inuenire. Proinde non potest absq; multo tędio animiq; graui molestia hic parari responsio.

Manifestum & Notoriũ mendacium.

Manifesta profecto est uanitas & impudentia, tum in Cõfessione tum in Apologia, quod queritur Philippus, falso accusari Ecclesias suę partis, quod Missam aboleant. Quandoquidẽ retineant Missam quæ & summa reuerentia celebretur, atq; etiam usitatæ seruentur Ceremoniæ fere omnes, prętérquã quod latinis cantionibus admisceantur alicubi Germanicæ. Hæc sunt uerba Cõfessionis, quæ & in Apologia repetuntur, tum in principio tum in fine huius articuli. Sic. n. habetur. Initio hoc iterũ præfandũ est, nos non abolere Missam, sed religiose retinere ac defendere. Et in fine sic ait. Hæc de Missa breuiter diximus, ut omnes boni uiri ubiq; gẽtium intelligere queant, nos summo studio dignitatem Missæ tueri, & uerum usum ostendere. At sciunt omnes Lutherani ac Protestantes, ex publico facto & Ecclesiarum suarum practica, nihil horum uerum esse, & ipsum quoq; Philippum longe aliter sentire in corde suo.

Conclusio Smalcaldiana.

Nam & ipse unus ex ijs, & quidem ex præcipuis fuit, Qui hoc anno Smalcaldiæ apud suos publice concluserunt & scripserunt, quod missa permitti aut fieri non debeat, neque ut oblatio neque ut applicatio, neque etiam ut gratiarum actio, neque ut opus bonum tanquam commemoratio Christi, & gratiarum actio loco generalis Ecclesiæ. Quia inde seque

rentur multæ blaſphæmiæ Dei(ut dicunt)neq; pe quod missa ſit ſpecialis cultus Dei quem Laici facere non poſſunt,& quod ualeat ex opere operato,quoniam in Euangelio nulla Ceremonia ex opere operato ſit cultus Dei,ſed Euangeliū omnes huiuſmodi ethnicas opiniones reijciat. Quarum una ſit,quod missa ſit opus alijs meritorium,ſicut Ethnici & Iudæi ſua ſacrificia exiſtimauerant. Altera,quod missa ſit gratiarū actio, qua honoretur Deus ex opere operato, & ſit opus commune pro Eccleſia, non ſicut Laicorum cōmunio. Cum igitur in huiuſmodi abuſibus non ſit Sacramentum, meram oporteat eſſe Idolatriam,quam poteſtates abolere teneantur.

Concludunt igitur Ibidem, hanc Ceremoniam dimittendam eſſe liberam, & nullū opus quotidianum ex ea fieri poſſe, neq; ullam eſſe differentiam inter laicorum & ſacerdotum cōmunionem, neq; item certum tempus huic operi præſcribendum eſſe. Hæc ex concluſis Smalcaldiæ.Quibus nō ſunt diſſimilia ea,quę eodem anno & priuatim ad Concionatores Nurenbergenſes ſcripta, & in publicum ædita ſunt partim Vuormaciæ, dum de concordia interim ageretur,in libro,quem inſcripſit Philippus,Defenſionem Coniugij ſacerdotū, partim Vuittenbergæ in alijs eiuſdem Philippi

 libellis,

libellis, De Ecclesię autoritate, De officio Principum &c.

Calũniæ. Quoties uero repetit improbissimam hanc calumniam, qua ait, Aduersarij in Missa solam retinent Ceremoniam, eamq; conferunt publice ad sacrilegum quæstum, Postea fingũt hoc opus applicatum pro alijs, mereri eis gratiam & omnia bona, Conferre gratiam ex opere operato facienti. Item pro alijs applicatam, etiam iniustis non ponentibus obicem, mereri eis remissionem peccatorum culpæ & pœnæ. Et in ipsos aduersarios alicubi sermonem torquens, huiusmodi uerbis inuehitur. Neq; nos (inquit) Aërio patrocinamur sed uobiscum litigamus, qui hæresim manifeste pugnantem cum Prophetis, Apostolis et S. Patribus scelestę defenditis, uidelicet, q̃ Missa ex opere operato iustificet, quod mereatur remissionem culpę & pœnæ, etiam iniustis, pro quibus applicatur si non ponant obicem. Et iterum, Hæret itaq; in regno Pontificio cultus Baaliticus, hoc est abusus Missæ, quam applicant, ut per eam mereantur iniustis remissionem culpæ & pœnæ, Et rursus. Volumus (inquit) admonitos esse omnes bonos uiros, ne adiuuent Aduersarios. defendẽtes prophanationem Missæ, ne grauẽt se societate alieni peccati, Magna causa, magna res est nec inferior illo negocio Eliæ prophetæ,

Cultus Baal.

phetæ, qui cultum Baal improbabat &c.

Hæ profecto non leues aut paruæ sunt calumniæ iniuriæq; & blasphæmiæ, præsertim toties repetitæ, non in Apologia solum sed etiam in alijs Philippi libellis, In quibus Missam nostram idolatriam & Baaliticum cultum uocat. Et nostris Doctoribus ea imputat, quæ illi ne per febrim quidem somniarunt unq̃, neq; in libris eorum uspiam reperiuntur. Vbi enim docent nostri, Missam conferri aut conuerti debere ad sacrilegum quæstum? Aut ubi dicunt, Missam ex opere operato iustificare? Aut ubi docent, applicandã esse Missam pro iniustis & non pœnitentibus, ut eis mereatur remissionem culpæ & pœnæ? Non sic docent aut dicunt nostri, nec ulli forsitan hæretici. *Caluin.*

Non laudant nostri quæstuarias missas, Neq; tamen sacerdotibus, tanq̃ bobus triturantibus, ora alligant, ut fame per missas suas pereant. Sciunt enim à Domino dictum esse, Dignus est operarius cibo suo, & à Paulo apertissime concessum esse, ut qui altari seruiunt, de altari uiuant. *Census sacerdotũ.* *Matt. 10* *1. Cor. 9.*

Cæterum quod ad iustificationem attinet, non docent nostri, iustificari hominem per missam, imo reprehẽdunt maxime tã sacerdotẽ q̃ *Indigne cõmunicare aut sacrificare.*

Laicum,

Laicum, qui uel celebrare uel cōmunicare ausit in peccato mortali. Non igitur nostri sic docēt
Luth. in Capti. Babylo. sed noua & impia est hæc doctrina Lutheri, ꝗ hoc sacramentū altaris sit unica medicina omnium peccatorum præsentium, præteritorum & futurorum, ut secure accedant, quicunq; tristes confusas perturbatas & erroneas habent conscientias, & qui uexantur peccatorū suorū siue morsu siue titillatione.

Calumnia cum errore. Et impiæ huic sententiæ astipulatur etiā ipse Philippus in hac ipsa Apologia sua, ubi falsissime de Missę iustificatione calumniatur nostros, Etenim uerba eius sic habent. Ergo sicut promissio inutilis est nisi fide accipiatur, Ita inutilis est Ceremonia nisi fides accedat, quæ uere statuat hic offerri remissionem peccatorum, Et hęc fides erigit contritas mentes, Et hic principalis usus est sacramenti. In quo apparet, qui sint Idonei ad sacramentum, uidelicet perterrefactæ conscientiæ, & quomodo uti debeant. Hæc non Orthodoxorum, sed huius Philippi uerba sunt, qui docet hic (hoc est in missa) offerri remissionem peccatorum. Id est iustificationem, ut hi potissimum Idonei sint, qui perterrefactas habent conscientias, quos docet uti hoc sacramento, ea fide, quæ uere statuat, hic offerri remissionem peccatorum. At contrariū docet manifeste Apostolus, dicens. Probet autem
1. Cor. 11

seipsum

seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Insignis est igitur ista Philippi malicia, qua falso imputat nostris, quod non nostri sed Lutherus & ipsimet docent, Caeca item impudentia, qua reprehendit nostros de eo, quod ipse & Lutherus maxime probant ac docent.

Cõtrouersiæ status falsus.

Toto igitur errat hic coelo Philippus, qui ponit Controuersiæ statum in hoc uno, quod nostri doceat, Missam ex opere operato conferre gratiam, aut applicatam pro aliis mereri eis remissionem uenialium & mortalium peccatorum culpæ & poenę. At falsissimum est, nostros ita docere. Ergo iã finita est (si Philippo creditur) tota, & quidem maxima, inter nos & Protestãtes de Missa Controuersia, & ô utinam finita esset. Sed uanissime nugatur fallitque & fallitur Philippus. Nõ enim de hoc contendimus. An missa ex opere operato conferat gratiam & remissionem peccatorum, Aut an Missa pro aliis applicata, mereatur eis remissionem uenialium & mortalium peccatorum, culpæ & poenæ. Has enim fatuitates & falsas insanias nos minime docemus, affirmamus aut credimus.

Vera Cõtrouersia

Proinde longe alius est huius de Missa inter nos & illos Controuersiæ status. Nos quippe

de sacrificio est. dicimus Missam esse sacrificium & oblationẽ, sicut dixerunt omnes sancti Patres & Maiores nostri ante nos. Hoc negant Lutherani, Zuinngliani, Anabaptistæ, & omnes alij qui per nouam et impiam Lutheri doctrinam ab antiqua fide Sedis Apostolicæ & Romane Ecclesię defecerunt. Quapropter et utrumqꝫ Canonẽ Missę reijciunt tam maiorem quã minorem, non ob aliam sane causam, nisi quod in eis habentur istæ uoces, sacrificium & oblatio. Nos præterea dicimus & firmissime credimus ac uerissime affirmamus, Missam esse opus bonum, à Christo institutum, ab Apostolis & omnibus sanctis sacerdotibus tot retro sæculis pie & salubriter usitatum, & in uniuersa Christi Ecclesia in hanc usqꝫ diem rite obseruatum, atqꝫ utiliter pro fidelibus Christi tam pro uiuis quã pro mortuis celebratum. Quo nullum est sanctius, religiosius, salubrius & Deo gratius aut magis acceptum sub sole, in toto orbe terrarum.

Hostes Missarũ barbari heritici. Hoc autem summo & pręciosissimo thesauro, quem Ecclesię suę Christus commendauit & reliquit, persępe spoliare matrem nostrã conatus est serpens ille antiquus & perpetuus humani generis inimicus, per misere deceptos satellites suos Hæreticos, maxime per barbaros Leonistas. Albigẽses, Dulcinistas, Vuiclephitas, Vualdenses, Orphanos & Taboritas. Cũ

autem

autem per eos proficere ac praeualere non po= tuerit, misit in cor Lutheri, sicut olim in cor Iu= dae proditoris, ut Christum Domini Iudae ex= emplo in missa proderet, & quidẽ gemina frau de & astutia, Primũ enim persuasit ei, Missam non esse sacrificium, sed testamentum quo pro mittitur remissio peccatorum omnibus, qui sa cramentum altaris accipiunt. Proinde docuit, illud non iustis sed peccatoribus prodesse, ut se cure accederent quicunq; malas tristes confu= sas & erroneas haberent conscientias, & qui uexarentur morsũ aut titillatione suorum pec catorum. *Iohā. 14.* *Luth. In Capti. Ba bylo.*

Deinde ubi sensit, se hoc dolo non praeuale= re ubiq;, quia religiosae mentes abhorrerent in peccato mortali accedere, timentes & magis credentes illud Apostoli. Probet autem seip= sum homo &c. disputauit cũ Luthero per som nium, persuadens ei, quod in Missa Catholi= corum non sit uerum sacramentum, quia non seruetur ibi institutio Chri, proinde sit nihil ali ud quam idolatria & blasphaemia Dei, quam Principes ac Potestates totis uiribus prohibe= re ac abolere debeant. *Luth. cõtra Missã angularẽ.*

Ad has igitur fraudes Christiano populo persuadendas excitauit undiq; ingeniosos & disertos. *Lucra Sa tanae per hereticos*

diſertos homines, per quos ſane permagnum fraudis & maliciæ ſuæ lucrum acquirit, nempe publicum odium plus q̃ꝫ uatinianum in Papam, Cardinales, Epiſcopos, Presbyteros, Monachos, et quoslibet altaris miniſtros, Contemptum, deteſtationem, execrationem et abolitionem Miſſæ, operis ſcilicet optimi ac ſacratiſſimi, abuſum ſacramẽti ſub utraqꝫ ſpecie in ſchiſmate, neglectum Ceremoniarum & cultus diuini in Eccleſijs, ſolitudinem & uaſtitatem in templis & Monaſterijs, breuiter, omnium ſcelerum & ſcandalorum inundationem & diluuium, quale præ oculis (proh dolor) uidemus.

Miſſa ex opere operato ſẽper bona.

Nos certe non dicimus aut docemus, Miſſam ex opere operato iuſtificare aut gratiam et remiſſionem peccatorum conferre, ſicut falſo imputat Philippus. Recte tamen dicimus & docemus, Miſſam ſecundum ſe ex opere operato ſemper ualere ac bonam eſſe, etiam ſi ſacerdos celebrans Miſſam non ſit bonus, ſed indigne celebrans & re ſacratiſſima abutens, iudiciũ qꝫ ſibi manducans & bibens. Quia per opus operatum intelligimus inſtitutionem Chriſti & ſacramentum ſecundum ſe, ſicut á Deo inſtitutum eſt. Quemadmodum & de baptiſmo dicimus, qꝫ ex parte operis operati ſemper ualeat & bonus ſit, licet ex parte operantis, hoc eſt baptizantis aut ſuſcipientis nõ ſemper ſit bonus,

ut pote,

ut pote, quando baptizans est in peccato mortali dum baptizat, aut suscipiens baptismum ficta fide accesserit. Quam sane sententiam Lutherus quoque approbare coactus est, quando scripsit contra Anabaptistas. Quinetiam ipsimet Protestantes in suae Confessionis articulo Octauo idem sentire uidentur, ubi sic aiunt. Et sacramentum & uerbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur, Damnant Donatistas & similes, Qui negabant licere uti ministerio malorum in Ecclesia. Et sentiebant, ministeriũ malorũ inutile et inefficax esse. Hęc ipsi. *Error Donatistarũ*

Quisquis igitur hanc nostrã sententiam de opere operato reijcit aut impugnat, Donatistarum errore tenetur, & merito maledictus dici potest, eo quod spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium suum, plus confidens in bonitate hominis operantis quam in bonitate operis operati. Nec iniuste blasphæmus quoque dici potest, quia blasphæmat opus & institutũ Dei, Christi scilicet, Baptismus enim & Eucharistia non hominis sed Christi sunt opera & instituta. Ipse est enim qui baptizat. Ipse est qui consecrat, & ex pane & uino, non humana sed diuina uirtute, corpus & sanguinem suum facit. *Hiere. 17* *Blasphæmia in opus Dei.* *Ioh. 1.*

Heu quantas igitur blasphæmias excitauit

 in Chri-

in Christum iam ultra .xx. annos in multis & magnis Christiani nominis regnis & prouincijs Diabolus per maledictos satellites suos, Lutherum & complices eius. Omnis .n. blasphęmia, quæ in Missam dicitur, in ipsum Christū uerissime redūdat, Missa .n. Christi institutū & opus est. Quod certe semper bonū est secundū se, qualiscunq; sit is, qui missā uel celebrat uel audit aut spectat. Et hoc est, quod nos dicimus Missam ex opere operato semper ualere, non autem semper ex opere operantis, hoc est sacerdotis celebrantis, quia si is in peccato mortali scienter celebrat, grauissime proculdubio peccat, & opus malū, quantū ad ipsum attinet, facit malū scilicet sibi, alijs tamē bonū, quia non probat seipsum sed indigne tractat ibi sanctum sanctorū, & indigne manducat & bibit, Missa tñ propterea mala nō est ex opere operato, hoc .n. est institutū & opus Dei, quod ministri malicia malum facere non potest. Semper igitur bona est missa ex opere operato, & prodest ijs pro quibus celebratur (nisi ponant obicē) tam uiuis q̃ mortuis, non tam propter opus operātis quā propter opus operatum, quod est opus & institutum Christi, Optimus sane & saluberrimus Ecclesiæ per Christum Thesaurus.

Noui ergo Theologi isti Poëtici & literarij, similes hic sunt Arrianis, qui propterea noleb bant

bant recipere hoc uerbum Homousion, quia in scripturis non haberetur. Ita & isti derident ac detestantur opus operatum, eo q in textu sacrarum literarum istud uocabulũ non inuenitur. Si autem recte intelligerent, nequaq̃ ita exploderent. Nõ.n. adeo cęci sunt (uti credimus) q non uideant aliquid esse differentię inter Missam boni et Missã mali sacerdotis. Missa .n. boni bona est & opere operantis & opere operato. Bonus.n. facit opus Missę, quod per sese bonũ est semper, bene, qđ nõ solũ Ecclesię & alijs pro quibus facit, prodest, sed etiam sibi bonum est et meritoriũ. Malus autem facit idem opus, non bene sed male quia malũ sibi, licet alijs sit bonũ. Est itaq̃ unum & idem opus illud (hoc est Missæ celebratio quę à malo fit sacerdote) & bonum & malũ secundũ diuersos respectus & rationes, Bonũ ex opere operato, quia institutũ à Christo, Malum uero, quia peccatũ est ei qui indigne celebrat & cõmunicat. Necessaria est igitur ista unius & eiusdem operis secundũ diuersas rationes distinctio, quia alia est ratio ex parte operantis, alia ex parte operis opati. Quod secũdũ se bonũ est sẽper. Nõ est tamẽ ordinatũ, ad iustificãdũ pctõrẽ aut ad cõferẽdũ remissionẽ pctõrũ. Iustificatio. n. et grã atq̃ remissio pctõrũ p alia sacramẽta querẽda ẽ, utpote p sacramẽtũ pñię, sine q̃ nullus, quicũq̃ mortalis

Differentia inter boni & mali sacerdotis missam.

 peccati

peccati cõscius sibi est, Missam celebrare aut sacramentũ altaris sumere debet, quia nõ modo nón liberaretur per hoc à peccato, sed peccatũ magis adaugeret & aggrauaret, addens priori pctõ suo (qdcũq; illud fuerit) aliud graue peccatũ indigne sumptionis per quod reus fieret corporis & sanguinis domini sicut expresse de

Vtilitas Missarum nunciat Apostolus. Quod autẽ Missa, tum ad placandã irãm Dei, tũ ad impetranda bona & ad prçcauenda aut auertenda mala, plurimum prosit, nemo piorũ dubitare potest, siue à bono siue à malo celebretur sacerdote. In ea.n. tractatur & sumitur prçsentialiter & realiter is, à

1.*Tim*.2. quo omnia bona, uelut à Capite, in Ecclesiam,
1.*Iohã*.2 uelut in corpus eius, deriuantur. Ipse.n. est me
Ro.3. diator Dei et hominum, ipse aduocatus noster in cœlo apud patrem, ipse propiciatio nostra, ipse Dominus redẽptor & saluator noster, per quem habemus accessum ad patrem.

Hoc.n. institutum eius, hoc opus Missæ, per se displicere ei nũq; potest, quia maxime et principalissime est ipsiusmet opus tanq; sacerdotes in çternũ secundũ ordinem Melchisedech, Nemo.n. aliorũ sacerdotũ posset propria uirtute sua huius sacramẽti confectionẽ perficere, Cũ igitur per eũ debeamus impetrare quicquid petimus, sicut ipsemet dicit, Sine me nihil potestis

Ioh.15.*et* 16. facere, Et rursus, Amẽ Amẽ dico uobis, si quid

petieritis

petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo nõ petijstis quicq; in nomine meo petite & accipietis. Nulla profecto petitio nostra exaudibilior aut efficacior esse potest, quã illa, quę per ministeriũ sacerdotis patri in nomine filij sui unigẽiti (qui sua reali et corporali pœnitentia est in manibus celebrãtis) offertur in missa. In nullo. n. alio opere nostro sic adest ipse mediator noster sicut in missa nobis adest.

Nemo igitur dubitet hoc in nouis sectis cõtra Missã odiũ non aliunde q; à Diabolo per strenuos nouę fidei pręcones introductũ esse. Quia nullũ est aliud opus religionis Christianę in uniuersa Ecclesia, quod sit uel Deo acceptius uel Diabolo magis contrariũ q; celebratio Missę. Ideo tam sedulo instigat Apostatas ubiq;, ut immanissime clamitent cõtra multitudinẽ Missarũ, ut tam multa bona, quę per missam habet Ecclesia, impediantur aut penitus omittantur et perdantur. Omnis enim Missa (ut iam sepę dictũ est) per sese bona est, ut pote institutum Christi, qui dixit. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Si. n. bonũ opus operata est erga Christum mulier illa, quę effudit unguentum super caput eius, quia ad sepeliendũ eũ id fecerit. Operatur utiq; & mater Ecclesia bonũ opus, dũ per ministeriũ sacerdotũ celebrat Missas, In quibus nõ solũ sepulturę Domini sed &

Diaboli contra Missas odium.

Matt. 26

totius paßionis mortisq; & gloriosę resurrectionis & ascensionis eius memoriam deuote agit. Malignißimæ sunt igitur Diaboli fraudes, quibus circumuenit nouarum sectarũ autores & propugnatores, ut fortiter clamẽt, nullum externum esse debere in Christiana religione sacerdotium, nullum Missę sacrificium, nullam oblationem salutaris hostiæ, nullam applicationem precum Missalium pro uiuis aut pro mortuis. Quæ omnia uno hoc probat falsißimo sophismate suo, Sola fides iustificat, aut Sola fide appræhenditur remißio peccatorũ.

Fraudes Diaboli.

Philippus autem in Apologia, ut uideatur præ cæteris sodalibus suis eruditior atq; modestior, lõga declaratione prosequitur distinctionẽ sacrificij propiciatorij & Eucharistici. Quicquid autem uere dicit de utroq;, hoc uerißime de missa dici potest. Est enim in missa uere propiciatorium illud sacrificium, quod unicum in mundo uult esse Philippus. Nempe agnus ille immaculatus, qui tollit peccata mundi.

Sacrificiũ unicum.

Vnicũ sane sacrificium est in omnibus missis per totum orbem, per omnes Ecclesias, cunctis diebus usq; ad consummationem sæculi. Non est enim hodie aliud aut alterum q̃ heri aut ante annum, nec aliud erit cras, sed idipsum quod hodie & heri & ante Mille annos, nec aliud Vuormaciæ, aliud Romæ aut Coloniæ,

sed unum

sed unum & idem sacrificium, una & eadem hostia per omnes ubiq; missas, una & eadem oblatio & immolatio uictimæ salutaris, quæ unica est, non alia hodie, cras alia, sicut alius & alius immolabatur agnus in lege ueteri. Non offerimus amplius in Milibus agnorum, uti fecerunt per sacerdotes suos Reges Iudæorum, sed unum & eundem agnum offerimus ubiq;. De quo Paulus ait ad Hebręos. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Atq; ut differentiam inter nostrum & Iudæorum altare indicaret, mox subiungit. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. *Heb. 13.*

Negare sacrificiũ propicia-toriũ est negare Christum

Quid est igitur aliud, negare sacrificium propiciatorium in Missa, quam negare Iesum Christum filium Dei unicum Dominum & redemptorem nostrum? Est enim in missa uere & substantialiter ille idem agnus, idem numero, persona, natura & substantia, qui pependit & seipsum obtulit in cruce. Vnum est igitur & idem sacrificium, una & eadem hostia, in ara crucis et in altari Ecclesiæ oblata. Tantum offerendi modus alius est. In cruce enim fuit hostia cruenta, pœnaliter ac uisibiliter per mortem & supplicium oblata. In altari autem incruenta est hostia nõ pœnaliter

ac uisibiliter per mortem et supplicium, sed mysterialiter & inuisibiliter per honorificam mortis & supplicij memoriã oblata, Sicut ipse nobis præcepit, dicens, hoc facite in meam commemorationem.

Matt. 26

Memoriale mortis Christi.

Quod profecto pientissime ac deuotissime iam ultra M. D. annos fecit & obseruauit Catholica per totum orbem terrarum Ecclesia, Repræsentans illam mortem et passionem unici illius agni propiciatorij, non solum in uerbis præcum & laudum, quæ ibi proferuntur in utroq; Canone, uerum etiam in externo cultu, in uestibus & gestibus sacerdotum. Hanc gloriosam illius memoriam nititur nunc abolere Diabolus per nouas sectas, quæ utrumq; Canonem reijciunt & omittunt, atq; etiam diris linguis & calamis tanq; abominationem blasphæmant, & gestus uestesq; & crucis signa, quibus utitur Ecclesia in memoriam oblationis in cruce pro nobis factæ, tanq; ludum iocularem derident. Tantam uero maliciam et impietatem humanum ingeniũ ex seipso profecto non habet, sed habet ex infernali Sathana, qui Christo honorem & debitum cultum, nobis uero gratiam & salutem non fauet, sed inuidet & subtrahere parat.

Sacrificiũ

Quod autem ad Eucharisticum attinet sacrificium, hic aliter sentit Philippus, quam

sentit

ſentit in aliȷs ſcriptis ſuis. In q̃bus et Euchariſti cũ negat Miſſæ ſacrificium. Verboſa aũt com memorat hic inter Euchariſtica ſacrificia fidẽ, non ſpem, non charitatem, ſine quibus tamen fides informis & mortua eſt. Nullam autem Euchariſtici ſacrificiȷ ſpeciem enumerat, quæ in miſſa non contineatur. In omni enim miſſa legitur aut prædicatur Euangelium, requiritur fides & recitatur in ſymbolo, quando Credo dicitur. Multiplex eſt ibi præterea per uarias collectas (ut uocantur) & utriusq; Canonis Orationes inuocatio, multiplex laus Dei in introitu, in hymno Angelico, in præfatione, in Canticis diuerſis, atq; etiam in ſacro Canone. Multa item gratiarum actio in hymno Angelico, in præfatione, in Canone. Breuiter quicquid ad uerum & pium cultum Dei & ſanctorum pertinet, nuſquam decentius aut perfectius reperitur quam in miſſa. Abolere igitur miſſam, nihil aliud eſt quam abolere uerißimum et piȷßimum cultum Dei totamq; memoriã paſſionis Chriſti, & pro acceptis beneficiȷs gratiarum actionem.

Euchariſticum.

Hæc autem ſacrificia Euchariſtica recte uocat Philippus ſacrificia laudis & hoſtias ſpirituales. De quibus & recte allegat Petri & Pauli Apoſtolorum dicta. Sed non recte ait, eas hoſtias opponi non ſolum pecudibus, ſed etiam

Hoſtiæ Spirituales.

humanis operibus ex opere operato oblatis. Paulus em̄ manifeste de huiusmodi operibus, quæ spirituales hostiæ dicuntur (sicut Philippus ipse quoq; dicit, omnia bona opera sancto
Heb. 13. rum) testatur in hæc uerba. Beneficentiæ autē & communionis nolite obliuisci. Talibus em̄ hostijs promeretur Deus. Omnia igitur hominū opera bona, ex charitate facta, possunt Deo offerri tanquam hostiæ spirituales, quibus promeretur Deus. Philippus autem, ut ea suggillet, adijcit, ex opere operato oblata, perinde ac si opera nostra ex opere operato oblata fiant deteriora. Sed Poeticus iste Theologus non recte intelligit, quid sit opus operatum. De quo nos supra ad longum disseruimus. Esto enim quod huiusmodi sacrificia laudis, quæ in missa fiunt, ex opere operantis non sint Deo accepta
Eccl. 15. aut grata. Iuxta illud Sapientis. Non est speciosa laus in ore peccatoris, Sunt tamen bona & Deo grata ex opere operato, quia per spiritum sanctū ab Ecclesia sunt instituta, & secundum se bona sunt, licet operans ea sit malus. Non recte igitur uocat Philippus opinionem de opere operato Ethnicam & Pharisaicam, quia non intelligit eam.

Missa apud Græcos. Quod aūt contra priuatas (ut uocat) missas multa ex græcis allegat, & per Monachos mendicantes ita auctas esse queritur, ut omnes boni uiri

ni uiri diu iam eius rei modum desyderauerint, & ante Gregorium nemo ueterum scriptorum priuatarum missarum mentionem fecerit. Ad hæc paucis respondebimus. Primum quantum ad Græcos attinet, ritus eorum nobis obiici non debent, tum quia schismatici sunt, tum quia sub Turcis degunt & iuris sui amplius non sunt. Constat autem ex Codice Iustiniani Imperatoris, quód olim complures fuerunt præsbyteri in una & eadem Ecclesia, etiam apud Græcos. Quandoquidem in una Ecclesia Constantinopoli tot fuerunt, ut Imperatores Honorius & Theodosius lege publica statuerint, ne plures ibi quam Nongenti Quinquaginta Decani habeantur.

Deinde, quod ait. Omnes uiros bonos diu iam desyderasse modum contra multitudinem missarum, nos certe non bonos sed Diabolicos potius uiros esse suspicamur, quibuscunque displicet multitudo Missarum. In quibus tam multa bona fiunt, etiam si non sint boni ii qui Missas celebrant, ut dictum est, facile tamē credimus, bonis uiris displicere multorum sacerdotum mores & uitam, & abusus rei sacratissimæ. At illi meminerint, nō esse rei substantiam tollendam propter abusus, sicut & ipse Lutherus alicubi sentit. *C. de sacro sane Eccle. L. Non plures.*

Tertio,

Proprie loquendo nullæ sunt missæ priuatæ.

Tertio, quod negat ante Gregorium ab antiquis mentionem fieri priuatarum missarum, nos facile admittimus, quando etiam hoc addimus, quod neq; Gregorius neq; Beda neque Anselmus neq; Bernardus neq; alij insignes post Gregorium Doctores de priuatis Missis ullam fecerint mentionem, si enim proprie ac uere loquamur, nullæ prorsus sunt Missæ priuatæ, sicut & Reuerendissimus Pater ac Dominus, Georgius Episcopus Secouiensis nuper Vuormaciæ dicebat. Omnis enim Missa publica est functio, & publicum habet sacrificium, & nulla fit priuatim pro uno tantum. In omni em̃ missa oratur & pro uiuis & pro mortuis. Nulla est igitur proprie loquendo Missa priuata. Non igitur nostrum, sed Lutheri scelus & inuentum est, liber de abroganda missa priuata. Qualem profecto antiquorum nemo scripsit. Semper & ubiq; licuit presbyteris nõ excommunicatis uel quotidie cœlebrare missam. Cumq; plures in una essent Ecclesia presbyteri, non potuerunt omnes eorum missæ publice uno die in una & eadem Ecclesia decantari. Certe Rom. Ecclesia etiam ante M. CCC. annos, plus quam XL. habuit Presbyteros. Quemadmodum testatur Eusebius in historia Ecclesiastica, per uerba S. Cornelij Martyris et Pontificis, contra Nouatum. Nesciebat (inquit)

Euseb. li. 6. c. 32.

quit) in Ecclesia Catholica unum Episcopũ esse debere, ubi uidebat esse Presbyteros XLVI. Diaconos VII. Subdiaconos VII. Acolytos XLII. Exorcistas & Lectores, cum hostiarijs LII. &c. Erat autem & Nouatus Rom. Ecclesiæ presbyter, sed rebellis & Episcopatum ambiens nouam suscitauit hæresim Nouatianorum.

Quod aũt Philippus uerba Malachiæ prophetæ de sacrificio uarie torquet & retorquet, nihil efficit. Nam et alia permulta habemus scripturæ testimonia de sacrificio hoc nostro, qđ uarijs sane modis & ritibus in lege ueteri præfiguratum esse constat. Quemadmodum Episcopus Roffensis, Clichtoueus, Eckius alijque permulti contra nouas has insanias partim latine partim Teuthonice locupletissime simul & luculentissime demonstrauerunt. Quorum libri neq; à Luthero neq; à Philippo neq; ab alijs eorum complicibus sunt confutati. Quod si nullum prorsus extaret in scripturis de hoc sacrificio testimonium, sufficeret tamen nobis totius Ecclesiæ unanimis consensus & obseruatio huius ritus per M.D. annos. Vt nobis liceat secure & uere contra omnes Missæ hostes & abrogatores dicere, quod de baptismo paruulorũ contra Anabaptistas dixit Luth. Si Missa esset res adeo mala (sicut nouæ sectæ ex *Missæ Defensores.*

instinctu

instinctu Diaboli dicunt) Deus eam in Ecclesia sua tamdiu passus nõ fuisset. Audiamus igitur potius antiquissimi & sanctissimi Papæ & Martyris Alexandri primi testimoniũ, quod omnibus Philippi & aliorũ blateramẽtis & calumnijs quas effutiũt cõtra Missæ sacrificiũ, rectissime opponi potest. Nihil (inqt) in sacrificijs maius esse potest quam corpus & sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc oẽs præcellit, quæ pura cõscientia dño offerenda est, & pura mẽte sumenda, atq; ab omnibus ueneranda, & sicut potior est ceteris, ita potius excoli & uenerari debet. Hæc uerba sanctissimi huius atq; doctissimi uiri Pontificis & Martyris Christi nõ sunt nuper dicta aut inuenta, sed longe antiquiora sunt quam omnia Irenęi, Tertulliani Originis Cypriani & sequentium patrum scripta, quæ Christi fidelibus Missæ sacrificium & oblationem, contra omnes nouarũ sectarum nugas & latratus, satis confirmant atque defendunt. Non est igitur necessarium hic prolixe omnia Philippi dicta discutere, contra quæ uel solius Ecclesiæ autoritas bonis, qui non sponte sua errant, sufficere debet.

Alexander 1. in epistol. 1.

ARTICVLVS XXV.
De Confeßione.

De

DE hoc articulo dictũ est sup̃, quãtũ satis p̃ tẽpore uisum est. De q̃ hic nihil habet Apologia. Quare & nos pauca ad ea q̃ in Cõfessione Protestantiũ dicuntur, responde bimus, p̃ uerba negatiua. Negamus sane de fide absolutionis magnũ ante hæc tẽpora fuisse si-lentium. Nemo.n. Catholicorum de potestate Clauiũ (de qua & Matthæi & Iohannis Euan geliũ clarissime testatur) aut de absolutione ri-te facta unquã dubitauit. Negamus item nul-lam antea factã fuisse mentionẽ fidei & meriti Christi. Negamus p̃terea doctrinã Lutherano rũ diligentissime de pœnitentia tractasse. Quo-niam & Papa Leo X. in sua cõtra Lutherũ Bul la & Clarissima Vniuersitas Parisiẽsis in sua de terminatiõe, multos Lutheri erroneos de pœni tẽtia articulos iã pridẽ ante xx. annos dãnauit.

Sup. art. 2

Responsio Negatiua.

Matt. 16. & 18. Ioh. 20.

Quæ autem afferuntur hic cõtra enumera-tionẽ omnium delictorũ, cõfutata sunt supra. Non. n. exigit Ecclesia, pia mater, a filijs suis aliquid impossibile, sed uult, ut nemo scienter in Confessione sua peccata aliqua reticeat, sed exprimat sacerdoti omnia de quibus sibi con-scius est, & reum se cognoscit. Quod autem ex Chrysostomo allegat dictum istud. Non ti-bi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses &cet. Hoc nihil facit contra secretam et auricularem Confessionem, quia in

Dictum Chrysostomi.

ea nemo se prodit in publicum, necꝫ se apud alios accusat, sed facit utrumqꝫ (nempe prodere & accusare se) secreto coram sacerdote, Dei uicem gerente. Confitetur itaqꝫ sic principalius Deo quam sacerdoti, hic enim minister, ille Dominus est.

Quod autem Glosam ex Decretalibus nobis obijciunt, impudenter et inique agunt, tum quia ipsi nobis non solum glosas sed etiam textus simul negare et reijcere non uerentur. Tum quia non ignorabãt, dum ista scriberent & Cęsari exhiberent, Lutherum suum iam pridem antea Textus simul cum glosis publice immani petulantia & superbia Vulcano tradidisse et exussisse. Et glosa, si recte intelligatur, non contrariatur aut repugnat autoritati Ecclesiæ, quę ex Euangelio probat (sicut & Augustinus facit) Confessionem iuris esse diuini. Quemadmodum ostensum est supra. Vanæ sunt igitur istæ suggillationes.

Nulla in sectis uera Confessio.

Nec uerum est, quod apud sectas nouas rite obseruetur & retineatur Confessio. Tum quia confitens agit fraudulenter, non omnia peccata, de quibus sibi conscius est, enumerãs. Tum quia Confessor absoluens, temere, frustra, falso & ficte tantum absoluit, eo quod extra Ecclesiæ unitatem peccata remitti non sunt. Claues enim soli Ecclesiæ, quæ Petrum pro pastore agnoscit,

ägnoſcit, nulli ſectæ à Chriſto ſunt traditæ, nec ſpiritus ſctūs ullas ſectas aut ſchiſmaticos inhabitat, ſine quo peccatorum remiſſio fieri nō poteſt. Antequam em̄ Chriſtus diſcipulis ſuis daret facultatem remittendi peccata, præmittit diſerte & expreſſe hoc uerbum. Accipite ſpiritum ſanctum. Ioh. 20.

ARTICVLVS XXVI. De Diſcrimine Ciborum.

DE argumento huius articuli iam antea reſpondimus ſupra. Hic igitur eo breuius reſpondere ſtudebimus. Confutaturi primum falſam ſuppoſitionem Proteſtantium, qua credunt Eccleſię & Prælatorū traditiones & præcepta nō ligare cōſcientias, nec in earū prçuaricatione peccatū eſſe. Certe Paulus, cum generale præmiſiſſet præceptū iſtud. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, mox ſubiunxit, quam graue ſit peccatū, eis reſiſtere. Hoc enim eſt, Dei ordinationi reſiſtere, & ſibi damnationem acquirere. Et paulo poſt, adhuc apertius neceſſitatem obediendi imponit, dicens. Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote, non

Art. 15. Conſcientias obligari præceptis Eccleſiæ. Rom. 13.

te, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

At dicent hic protestantes, ista uerba Pauli tantum de sæcularibus potestatibus intelligenda esse. Concionatores enim eorũ, ubiq; adulantur & omnia tribuunt sæcularibus potestatibus, ut impune Ecclesiasticis suis potestatibus & prælatis resistere queant, cũ sint Apostatæ ferme omnes & Ecclesię desertores. Sed Paulus in genere loquitur & uniuersaliter dicit. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Non dicit, sæcularibus, sed sublimioribus. Hoc est, supioribus. Et infra hanc generalitatem repetit, quando dicit. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum. Cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Ecce & hic dicit uniuersaliter Omnibus, non particulariter Sæcularibus.

Paulus de potestate loquitur generaliter.

Si dixerint, Paulum loqui de eo, qui gladium portat, fatemur quidem de eo quoque loqui Paulum, sed non loquitur de eo solo, quia de omnibus expresse loquitur, quicunq; sunt sublimiores, hoc est superiores. Habent tamen & Ecclesiastici superiores gladium suum, quod est uerbum Dei (ut alibi ait Apostolus) & clauium potestas. Quæ proculdubio sæcularem potestatem longissime antecellit, &

Ephe. 6.

lit, & magis præferenda est apud uere Christianos illi, quam aurum præfertur plumbo, sicut testantur aperte magna illa duo Ecclesię luminaria Ambrosius & Chrysostomus.

Amb. & Chrysost. de Dignitate sacerdotali.

Absurdissima igitur est illorum sententia, qua docent, sæcularibus quidem, non autem Ecclesiasticis superioribus obediendum esse propter conscientiam. Cum sæcularis potestas secundum se, & ut talis, ad regnum Christi (quod est Ecclesia) non pertineat. Quemadmodum & tempore Pauli ac longe post ad Ecclesiam non pertinebat, sed ut hostis eam persequebatur, usq; ad tempora Constantini Magni. Cæsar enim aut Rex aut quilibet Princeps sæcularis in Ecclesiastica Hierarchia non habet specialem gradum aut statum suæ superioritatis aut potestatis, sicut habent Ecclesiastici Prælati, Papa, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Præpositi, Decani, Præsbyteri &cet. Nec dicuntur Patres, sicut Episcopi, sed filij, sicut cæteri Laici. Pertinent itaque ad Ecclesiam & ad regnum Christi, non ut Principes aut potestates sæculares, sed ut Christiani. Christus enim aperte dicit, Regnū meum non est de hoc mundo.

In Ecclesia & regno Christi quæ potestas maior.

Neqſsime igitur falluntur à suis Concionatoribus Principes & Magistratus Protestantiū, dū

Iniquá usurpatio potestatis illorum falsa persuasione arrogant sibi in suis dominijs utriusque gladij potestatem, usurpantes sibi in Ecclesijs suis & Papæ & Episcoporum potestatem. In uisitationibus Parrochiarum & nouis ordinationibus cultus diuini contra omne ius diuinũ & humanum, malè à rebellibus & seditiosis Apostatis sic ædocti.

Non obedire Prælatis Ecclesiæ cõtra uerbũ Dei est. Sunt prærerea & alia multa scripturæ loca per quæ facile probari potest, Ecclesiæ matris & Prælatorum leges atque præcepta ligare etiam conscientias, si temere contra eas agatur. Lex enim uetus morti adiudicat eum, qui summi sacerdotis superbe resistit Imperio. Et sapiens præcipit, ne dimittamus legẽ matris nostræ. Decalogus item præcipit, honorare patrem & matrem. Non autem obedire est inhonorare. Et inobedientiæ peccatum comperatur Idololatriæ, Christus in Euangelio addit & irrogat excommunicationem, Ecclesiam nõ audiẽti, ut nobis esse debeat talis sicut Ethnicus & publicanus. Paulus quoq; expresse dicit. Obedite Præpositis uestris & subiacete eis. Et iubet tenere traditiones quas didicimus siue per epistolam siue per sermonem. Et eum qui ambulat inordinate, nolens obedire traditionibus, aut uerbo eius, iubet notari & uitari, tanquam excommunicatum, ut confundatur & resipiscat.

Deut. 17. Prou. 1. & 6. Deut. 5. 1. Re. 15 Matt. 18. Heb. 13. 2. Thes. 2 Ib. c. 3.

Grauissi

Grauissime igitur peccant hodie omnes se- Grauissima ac frequentissima in sectis cotra Ecclesiā peccata.
ctae nouae, quae in contemptum sanctae matris
Ecclesiae & summi Pontificis atque Episcopo-
rum, omnes ritus & consuetudines traditionesque
& constitutiones Ecclesiae, Papae, Conci-
liorumque & sanctorum patrum, procaciter ac
temerarie transgrediuntur & calcant, contrariū
illis in despectum agentes. Si enim ex lege diui
na & Euangelica unusquisque tenetur diligere et
non contemnere proximum suum, Quanto
magis tenetur diligere & non contemnere ma Heb. 13.
trem suam Ecclesiam & Praelatos suos, quibus
obedire & subiacere debet secundum praece-
ptum Pauli, ut dictum est. Et secundum Euan- Matth. 5.
gelium si reus est gehennae ignis qui dicit fra-
tri suo, fatue, Quomodo non erit reus aeterni
supplicii, qui dicit patri suo Ecclesiastico, sum- Matt. 25
mo Pontifici, Antichriste, Tyranne, Maledi-
cte &c. Et si ibunt in ignem aeternum male-
dicti, qui esurienti non dederunt manducare,
Quo ibunt illi, qui hodie suis Praelatis eiectis
& esurientibus rapiunt bona unde uiuere de-
berent? O quanta igitur & quam multa & gra
uia fiunt quotidie nunc supra X X. annos in
nouis sectis ubique peccata, quae prius non fie
bant, quorum omnium reus est Lutherus, ut
primus autor & caeteri deinceps complices ei-
us, qui tam uarias praeuaricationes ubique do-

cent & dissemínant in populis.

Calumniæ de Traditionibus. Quæcunque autem in contraríum hic adducit Confessio Protestantium calumniæ sunt, iam supra bis aut ter confutatæ. Nemo enim nostrum docet, nos per traditiones & obseruationes Ceremoniasue Ecclesiasticas mereri gratiam & consequi remissionem peccatorũ. Veruntamen hoc addimus, sicut malum est eas contemnere & non obedire, Ita econtra bonum est eas obseruare & matri superioribusque nostris obedire. *Meritum obædientiæ.* Si ergo inobedientia peccatum est & demeritum, iure & merito puniendum, sequitur utique per locum á contrarijs, quod obedientia sit uirtus & meritum, cui præmium debeatur. Iuxta generalem iustitiæ diuinæ regulam. Nullum malum manet impunitum, & nullum bonum irremuneratum. Addimus & hoc, quod misericordia *Iac. 2.* superexaltat iudicium, teste S. Iacobo. Si ergo iudicium punit inobedientiam iuste; Cur non donetur præmio obedientia misericorditer?

Nos igitur de summa bonitate Dei nihil dubitantes, credimus & affirmamus, Ecclesiæ traditiones per spiritum sanctum inuentas & institutas esse in bonum Christiani populi (& nequaquam in malum) ut per earum obseruationem & obedientiam plus mereamur

mur Deoq; acceptiores reddamur. Quemadmodum & Lutherus ipse in quodam de indulgentijs sermone affirmauit dicens. Vbi plus est præcepti, ibi plus obedentiæ, ubi plus obedientiæ, ibi plus meriti &cet. Non quærimus tamen per eas obseruationes consequi iustificationem, quam per pœnitentiæ sacramentum quærere oportet (uti sepe dictum est supra) sed iam iustificati quærimus per eas Deo magis placere & meritum augere, ut & nobis dici queat, Merces uestra multa est in cœlis. *Matth. 5.*

Vtilitas Traditionum. Ordinantur itaque directe & per se traditiones Ecclesiæ in bonum populi Christiani, ut per earum obædientiam & obseruationem, quas in laudē & obsequium Christi facimus, Deo magis placeamus, & obedientię meritum augeamus, & proximo quoq; obediendi exemplum præbeamus, atq; etiam per eas expeditiores ac deuotiores reddamur ad seruiendū Deo in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Nec propterea contemnendæ aut abijciendæ sunt, si per occasionem indirecte & per accidens, non sua culpa sed negligentia & ignauia indeuotorum hominum, cedunt in malū multorꝝ Quandoquidē Christus ipse, qui est summe bonus et uenerat redempturus Israel, positus fuisse dicitur in ruinam et

Luc. 2. in resurrectionem multorum in Israel, & in si-
Ioh. 15. gnum cui contradiceretur. Et dixit ipsemet.
Num. 21. Si non uenissem, peccatum non haberent.

Argumentum à simili. Si ergo Christum non reijcimus propterea, quod in ruinam multorum positus est; quia directe & per se in salutem positus est omnium, sicut serpens aeneus in heremo, ut omnes aspicerent & crederent in eum atque ita saluarentur & non perirent. Indirecte tamen & per accidens positus est in ruinam multorũ, non sua quidem culpa, sed inertia & malicia hominum plurimorum, qui in eum aspicere & credere noluerunt hodieq; nolunt. Quod igitur nunc plurimi peccant, nolentes amplius uti discrimine ciborum in Ieiunij diebus iuxta antiquã Ecclesiae consuetudinem, non Ecclesiae aut praelatorum culpa est, sed sceleratissimorum Apostatarum rebellio & falsa doctrina in culpa est, qui ut Diabolo multas lucrentur animas, simplicem populum ab Ecclesiae obedientia abducunt, ac falso persuadent ei. Impossibilia & prorsus importabilia onera per traditiones Ecclesiae & Praelatorum Laicis imposita esse per Tyrannidem Romani Pontificis.

Vnde est, quod Cum tamen nemo negare possit, Maiores nostros, qui Ieiunia obedienter & stricte pro

sua deuo-

sua deuotione & pietate cum multo ciborum discrimine, ab ouis Lacticinijsque & carnibus per totam Quadragesimam atque etiam per uigilias solennium festorum & per ternos dies Quatuor temporum, plærique etiam per totum Aduentum, obseruarunt, multo placabiliorem habuisse Dominum Deum quam nos hodie habemus, illosque melius ualuisse & in exercitijs deuotæ animæ & in sanctitate ac robore corporis quam ualemus nos, & Dei benedictione in omnibus bonis terræ plus abundasse quam abundamus hodie. Et quod de Ieiunijs nunc diximus, de reliquis quoque Ecclesiæ obseruationibus uerissime dicere ac demonstrare possemus, nisi uitare cuperemus dicendi prolixitatem.

Maiores nostri plus à deo benedictionis habuerunt quam nos hodie habemus.

Falsa sunt igitur & uana, quæcunque hic in confessione referuntur in contrarium, quia aut calumniæ sunt aut mendaces iactantiæ. Calumniæ quidem sunt, quod traditiones institutæ sint ad promerendam gratiam, hoc est, ad consequendā iustificationem & remissionem peccatorum per eas. Nos autem supra longe alias earum causas breuiter indicauimus. Loquuntur Protestantes semper & ubique de iustificatione fidei, tanquam omnia opera nostra sint inutilia, quæcunque ad iustificationem uel habendam uel iam habitam ab Ecclesia instituuntur aut præcipiuntur, ut sceleratum & falsum eorū sophis-

Supra art. 15.

X 5 made

ma de sola fide ubicg locum habeat & contra ecclesiā prędominetur. Nos uero debemus potius super fidei fundamentum bona Christianæ pietatis opera super ædificare sedulo, ut si in peccatis sumus, per fidem & eleemosynas orationesq; & alia pœnitentiæ opera ueniam impetrantes iustificemur gratiamq; à Deo cōsequamur. Si autem iam absoluti & iustificati sumus, rursus per bona opera, quæcunq; nobis Ecclesia uel præcipit uel consulit, Deo placeamus adhuc magis, seruientes ei in sanctitate & iustitia.

Per bona opera in iustitia proficere

Ioh. 15.

Quemadmodum ipse Dominus in Euangelio insigniter ac notabiliter docet, dicens. Ego sum uitis uera & pater meus agricola est, Omnem palmitem in me nō ferentem fructum, tollet eum, & qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Et Apostoli eius Petrus, Paulus, Iacobus & Iohannes id ipsum docent, ut iustificati iam satagamus in gratia Dei semper magis ac magis per bona opera proficere & abundare, quia non perdemus mercedē boni operis, sicut Dominus ipse promisit. Ait itaq; Paulus ad Corinthios, Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonum, Et Petrus, ut per bona opera uocationē & electionem

Matt. 10

2. Cor. 9.

2. Pet. 1.

nem ueſtram certã faciatis, Et Iohannes, Qui iuſtificatus eſt, iuſtificetur adhuc, hoc eſt, magis atq; magis indies in iuſtitia per bona opera proficiat. Deniq; Iacobus ſic ait, Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego ex operibus oſtendam tibi fidem meam, falſę autem iactantiæ facile patent legenti eas. *Apoc. 22. Iac. 2.*

Cæterum loca ſcripturæ, quæ contra traditiones & Ceremonias Eccleſiæ allegantur, nõ recte ab eis intelliguntur, Loquuntur enim de obſeruationibus ſynagogæ & ueteris legis, quod uel ex eo patet, quia non ſolum de cibo & potu, ſed etiam de ſabbato & de Neomenijs loquuntur, Quæ utiq; non Eccleſiæ ſed ſynagogæ ſunt, Ideo de his nemo Chriſtianorum iudicari debet, De traditionibus autem Eccleſiæ proculdubio iudicabitur unuſquiſq; qui eas per contemptum aut in deſpectum Papæ aut Epiſcoporum tranſgreſſus fuerit, Neceſſario enim obſeruari debent, ſicut prçceperunt Apoſtoli & ſeniores in ſuo Concilio, dicentes. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil uobis ultra imponere oneris q̃ hęc neceſſaria &c. *Loca ſcripturæ nõ recte intellecta. Act. 15.*

Quicunq; igit̃ hodie Eccleſię matris prçcepta, traditiones & conſuetudines temere præuaricantur, ueſcentes carnibus in ieiunij diebus, laborantes ſeruiliter & mechanice in diebus feſtis, omittentes priſcas in Cultu Dei cere-

monias in despectum Papæ, habent sibi time-
Prou. 30 re ab illo uerbo Dei quod in prouerbijs poni-
tur. Oculum, qui subsannat patrem, & qui de-
spicit partum (aut senectutē, ut habent .lxxij.
Interpretes) matris suæ, suffodiant eum corui
Deut. 27 de torrentibus & comedant eum filiæ aquilæ.
Et ab illo quoq; uerbo legis. Maledictus, qui
non honorat patrem suum & matrem suam,
& dicet omnis populus Amen.

ARTICVLVS XXVII. De uotis Monasticis.

Art. 5. 12. 15. 20. 23. 24. et 26. IN hoc articulo multa uerbose repetuntur, quæ nos supra confutauimus, in ijs præsertim articulis, ubi agitur de Iustificatione, de pœnitentia, de Ceremonijs, de bonis operibus de coniugio sacerdotum, De missa & de discrimine ciborū, Magno igitur fastidio afficit ista eorum uerbositas, præsertim tædiosa illa uox Cuculi, sola fides iustificat, quę toties repetita, tædio propemodum enecat lectorem. Iuxta illud Iuuenalis. Occidit miseros Crambe repetita magistros. Malignum quidem est calumniandi Monachos studium in Confessione, sed longe superat eam malignitatem in Apologia

Philippus

Philippus,ubi nō solum in Monachos sed eti-am in Theologos Augustanæ Confutationis autores, diris inuehitur maledictis & calūnijs.

Vtrobiq; autem hoc maxime accusatur, q̄ doceant nostri,factitias(ut ipsi uocāt)religiones mereri iustificationem & gratiam, atq; pares, immo & meliores esse Baptismo. At hæc nostri nusq̄ docent. Proinde impudens atq; etiam impia est in S. Thomam Apologiæ calumnia ubi sic habetur. Itaq; et illa blasphæmia nullo modo ferenda est quæ apud Thomam legitur, Professionē Monasticam parem esse baptismo,furor est,humanā traditionē, quæ neq; mandatum Dei neq; promissionem habet, æquare ordinationi Christi,quę habet & mandatum & promissionem Dei,quę continet pactū gratiæ & uitæ ęternæ. Et paulo superius in Theologos inuehens ait. Quid est autem certius,q̄ quod homines remissionem peccatorū consequantur fide propter Christum? & hanc sententiā audent isti nebulones impiā uocare. Calūnia

Maliciose profecto arguit & illum & istos, Nam neq; S. Thomas æquiparat baptismo professiōnē Monasticam, neq; damnant aut negant Theologi,fide propter Christum iustificari homines,sed damnant et negant sola fide (sicut sentit Philippus, ut opera Monachorum suggillet atq; excludat)propter Christum homines

mines iustificari. Scimus quidē sine fide & sine Christo homines non iustificari, Sed addimus illud uerbum Christi. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

Causæ intrādi Monasteria. Deinde addimus & hoc, ꝗ status Monasticus non pręcipue propter consequendā peccatorū remissionē suscipitur, quoniā & extra eū statū homines eam consequi possunt per sacramentū pœnitentię, & Monachi, anteq̄ professionē faciant, prius cōfitentur et á peccatis suis absoluuntur, ut eo purior sanctiorq̄ et Deo acceptabilior fiat ipsorū professio, quo sunt ipsi á peccatis mundatiores. Sed suscipitur status ille potius ex amore in Deum, ut efficacius pleniusq̄ in eo agatur pro peccatis pœnitentia, ac expeditius & liberius seruiatur ei in Monasterio q̄ in mundo, & ex desyderio regni cęlestis, quia Christus testať esse Eunuchos qui castrauerunt se ipsos propter regnū cęlorū. *Matt. 19.* Atq̄ etiā ex sancta cupiditate thesaurizādi per bona opera, sicut docet in Euangelio Dominus, ubi ait. *Matt. 6.* Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Thesaurizate autē uobis thesauros in cęlo etc. *Luc. 1.* Vbi est. n. thesaurus tuus, ibi est & cor tuū, faciūt igitur Monachi professionē, pręcipue propter hoc, ut seruiant Deo in sanctitate & iustitia corā illo, omnibus diebus suis, sicut docet Euangeliū, et acquirāt sibi thesaurū bonū in cœlo, quem

lo, quę fures auferre nequeāt, & uere cū Paulo dicere queāt, Cōuersatio nostra in cœlis est. Et illud. Bonū certamen certaui, cursum consummaui &c. Quod autē Philippus, ait, Monasticā professionē esse traditionem humanā, recens excogitatā, quę neq; mandatū neq; promissionem Dei habeat, impudens est mendaciū, Mandatum quidem non habet, quia nō omnes capiunt hoc uerbū, Mandatum autē obligat oēs. Nō est igitur opus mandati sed supererogationis & cōsilij, sicut ait Apl'us, De uirginibus p̄ceptū Dn̄i nō habeo, cōsiliū aūt do. Nō est aūt traditio humana, sed Euāgelica, suas in Euangelio habens promissiones, & firmissimas quidē atq; amplissimas, Neq; est recēs excogitatā, sed statim ab initio mox tēpore Apostolorū in Ecclesia fuit, sicut testantur Apostolorū discipuli Dionysius & Ignatius, & in hunc usq; diē in Ecclesia sine interruptione cōtinue permansit. Quod si esset res mala, Deus eā in Ecclesia sua tot sęculis non tolerasset, Quoniam igitur non confudit eam unq; sed confudit omnes, quicunq; eam impugnauerunt (Non enim noua est hęc religiosarum professionum impugnatio, quandoquidem iā olim contra earum impugnatores scripserunt Hieronymus, Chrysostomus, Bernardus, Thomas &c.) Certi hinc sumus ex ipso facto Dei, etiā si nullum ita-

Phil. 3. *2. Tim. 4.* *Monachatus nō mādati sed Consilij opus & status est.* *Matt. 19.* *1. Cor. 7.* *Dionysius in epistolis ad Caium et ad Demophylum Mōachos*

lum haberet eiusmodi professio in scripturis te
stimonium, quod sit res bona & Deo placens,
sicut ipse Lutherus de paruulorum baptismo
argumentatus est contra Anabaptistas, uti iā
sepę diximus.

Promissiones dei pro Monasticis. At non solum ex facto Dei, sed etiam ex uer
bo Dei probatur eiusmodi professio, sic enim
loquitur in antiquissima scriptura per Moysen
prophetam spiritus sanctus. Qui dixit patri
suo & matri suæ, nescio uos, & fratribus suis,
ignoro illos, & nescierunt filios suos. Hi custo
Deu. 33. dierunt eloquium tuum & pactum tuum, ser
uauerunt iudicia tua ô Iacob, & legē tuam ô Is
rael, Ponent thymiama in furore tuo, & holo
causta super altare tuum. Nec minus est specio
sum & pręclarum uerisq; Monachis & Monia
libus apprime consolatoriū uerbum Dei quod
longe post per Esaiam prophetam dixit idem
Esa. 56. spiritus sanctus. Hæc dicit Dominus Eunu
chis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint
quæ ego uolo, et tenuerint fœdus meum, dabo
eis in domo mea et in muris meis locum et no
men melius à filijs et filiabus, nomen sempiter
num dabo eis, quod non peribit.

Sic Christus in Euangelio de triplicibus Eu
Matt. 19. nuchis loquens, eos laudat ac prefert, qui se
ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum,
non excidendo quidē sibi uirilia corporaliter
(hoc enim

(hoc enim non licet) sed uoluntaria continentia sese spiritualiter castrando, ut sint uasa munda, & non cum mulieribus coinquinata, ut sequi possint agnum uere immaculatũ quocunq; ierit. Sic & Paulus adhortatur nos ad huiusmodi professionẽ et statum, ubi ait. Obsecro itaq; uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum, & nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis, quæ sit uoluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Apoc. 14. Ro. 12.

Per huiusmodi igitur professionẽ fiunt homines uere Euangelici, non ore aut uoce tantum (sicut nouæ sectæ Euangelicas se ipsas impudenter uocant) sed facto & opere, uitam Euangelicam agentes, omnia habentes inter se communia, sicut Christus & Apostoli habuerunt, castrantes seipsos propter regnum cælorum, propriæ quoq; renunciantes uoluntati, exemplo Christi, qui dixit Iudæis. Non quæro uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me. Et patri dixit. Verũ tamen nõ quod ego uolo, sed quod tu. Et (ut alius habet Euangelista) Non mea uoluntas fiat sed tua. Viri igitur uere Euangelici sunt, qui non uerbo & falsa seu nuda fide tantum, sed opere & ueritate Vere Euangelica uita. Iohan. 6. Matt 26. Luc. 22.

obędiunt Euangelio, corde percipiunt & alta
Matt. 16. mente reponunt, quod Christus in Euangelio
dicit. Siquis uult uenire post me, abneget semet
Luc. 14. ipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.
Item. Siquis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, nõ potest meus esse discipulus.

Quanquam autem Philippus restringit hęc uerba Christi ad eum duntaxat casum, quo potestas aut Tyrannis cogit negare Euangelium, tamen Hieronymus & alij rectius extendunt etiam ad uitam perfectius agendam cultumque Dei syncerius perficiendum. Amor enim Dei omni aliorũ amori præferendus est, Deus autem non solum in martyrio, sed in omni uita nostra confitendus & colendus est. Neque tamẽ dicimus, quod liceat homini suam relinquere uxorem et Monasticã professionem inire, nisi id fiat cum illius consensu & secundũ dispositionẽ iuris, uir. n. potestatẽ corporis sui nõ habet, sed uxor, teste Apostolo. Ideo nõ licet uiro corpus suum alteri tradere aut offerre contra uoluntatem uxoris.

Non licet relinquere uxorẽ sicut alias personas coniũctas.

1. Cor. 7. De reliquis autem personis non est similis ratio, Licet enim relinquere patrem & matrem fratresque & sorores, filios item & filias, propter Deum, & eis uel inuitis Monasterium ingredi

ingredi,ut expeditius seruiatur Deo. Quemadmodum dixit S. Hieronymus. Super calcatum patrem &c Et scriptura. Qui dixit patri suo & matri suæ,nescio uos &c. Et ipse Dominus. Siquis uenit ad me & non odit patrem suum &c.Hoc est, qui non minus amat patrem suum ꝙ me. Deut. 33. Luc. 14.

Non debent igitur eiusmodi uerba ad eam duntaxat necessitatem restringi. In qua aut moriendum est et omnia relinquenda sunt,aut negandus est Christus & Euangelium. Ista enim necessitas inter Christianos rarissime contingit hodie (licet falso prætendant nunc sectæ suis hæresibus Euangelium) Sed potius extendi debent ad uolũtatem quoq;, qua quis ultro & sua sponte, non necessitate coactus, uult Deo potius seruire ꝙ mũdo, aut quibusuis hominibus in mundo, excepta(ut dictum est) uxore, quia ait Apostolus , Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Vir enim & uxor sunt una caro, Iuxta illud, Erunt Duo in carne una. Hoc autem de reliquis personis dici non potest. Possunt igitur relinqui in mundo, ut liberius seruiatur Deo in Monasterio. ubi supra. Gen. 2.

Quod autem uota,opera,exercicia & instituta Monachorũ uocat Philippus Adiaphora.

 Id est,

Id est, Indifferentia, quibus Bernardus et franci- scus usi sint tantum propter utilitatem corpo-

1. Tim. 4 ralem, De quibus dicat Paulus, Corporalis ex- ercitatio parumper utilis est. Imo quod uocat eas contumeliose obseruationes fatuas. Pharisai- cas, atque etiam Mahumeticas, & simulationes hypocriticas &c. nimis petulans profecto & impia est calumnia.

Vota, iuris diuini sunt. Vota enim substantialia religiosorum sunt iuris diuini, non solum in lege sed etiam in E- uangelio fundata, Ex lege namque necessario ser-

Num. 30 uantur, sic enim scriptum est. Siquis uirorum uotum uouerit Domino aut se constrinxerit Iuramento, non faciet irritum uerbum suũ, sed omne quod promisit implebit. Et rursus. Cũ

Deut. 23. uotum uoueris Domino Deo tuo, non tarda- bis reddere, quia requiret illud Dñs Deus tu- us, et si moratus fueris, reputabitur tibi in pec- catum: si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo locu- tus es. Sic & prophete idipsum attestantur.

Psal. 75. Ait quippe Psalmista. Vouete & reddite Do-

Eccle. 5. mino Deo uestro. Et Ecclesiastes ait. Siquid

Esa. 19. uouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim

Prou. 15. Deo infidelis & stulta promissio. Item Esaias.

Matt. 19. Vota uouebunt Domino & soluent. Com-

mendantur

mendantur praeterea à sapiente in prouerbijs, ubi ait, uota iustorum placabilia. Apoc. 14

In Euangelio autē habent magnificas promissiones, uoto enim castitatis promittitur regnum coelorum. Et in Apocalypsi promittitur continentibus canticum nouum, quod nemo aliorum canere poterit, & sequentur agnū quocunqȝ ierit, quia cum mulieribus non sunt coinquinati. Voto paupertatis itidem promittitur regnum coelorum. Qui enim reliquerit domū Matt. 19. agros propter nomen Christi, Centuplum accipiet & uitam aeternam possidebit. Non est igitur blasphaemia, ut falso calumniatur Philippus, dicere, quod Monachi & Moniales, si uota sua custodierint, mereantur uitam ętemam, Deus enim hoc aperte promisit, qui uticȝ fidelis est & seipsum negare non potest teste Apostolo. 2. Tim. 2

Reliqua quocȝ Monachorum opera & exercicia pia sunt, & suum ex Euangelio fundamētum habent, nec possunt nisi ab Impijs rejici aut reprobari. Non enim malū est orare, quod & Christus pręcipit & Paulus, Nec malum est psallere Deumcȝ laudare in hymnis et canticis die noctucȝ, Necȝ itē malū est ieiunare, uigilare, castigare corpus, & carnem in seruitutem redigere, ut spiritui obaediat, Silentium tenere, quo minus teneantur de omni uerbo ocioso ratio *Monastici corum bona opera.* Luc. 11. & 18. Ephe. 5. 1. Cor. 9. Matt. 11.

nem Deo reddere. Omnia habere communia, nihil proprium, ne cõtingat eis quod contigit Ananię & Saphyrę, aut etiam Simoni Mago, cui dictum est, Pecunia tua tecum sit in perditionem, Licet quidem ante uotum propria retinere, post uotũ uero non licet, sicut dixit Petrus Ananię. Cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pręcio agri. Nonne manens tibi manebat, & uenundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus sed Deo.]

Act. 5. et 8.

At hęc omnia improbat saecularis iste Theologus, saecularia negocia & exercicia Monasticis ubiq; longe pręferens, magis laudans praeuaricatores uotorum Apostatas, qui uxores ducunt, & cum uxore Loth respiciunt retro ad saecularia desyderia, quam pios & timoratos Monachos, qui memores uotorum suorum, exhibent corpora sua hostiam uiuentem, sanctam castitate, Deo placentem religiositate ac rationabili obsequio seruiunt Deo, & sicut Anna prophetissa fecit, non discedunt de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruientes Deo nocte ac die.

Turpis laudatio Apostatarum.

Luc. 9. & 17.

Ro. 12.

Luc. 2.

Deniq;, quod queritur Philippus, Monasteria olim fuisse Scholas doctrinae Christianae, nunc

Schole in Monasteriis.

nunc uero degenerasse uelut ab aureo genere in ferreum, Locupletissima quaeque Monasteria tantum alere ociosam turbam, quae ibi falso praetextu religionis helluetur de publicis Eleemosynis ecclesię. Ad haec dicimus, nō solū olim, sed adhuc nostris temporibus in Monasterijs tam locupletibus quam pauperibus fuisse scholas doctrinae, Ex qnibus prodierunt in magnum (prohdolor) Ecclesiae religionisque & cultus Dei malum doctissimi quique Apostatae, Lutherus, Pomeranus, Bucerus, Pellicanus, Munsterus, Menius, Musculus Myconius &c. qui abutētes bona doctrina, quam in Monasterijs didicerunt, haec nobis mala, quibus nunc misere afflictatur Germania, pepererunt.

Melius itaque fecissent, si literarum studium non praetulissent Cultui diuino & Monasticis obseruationibus, sed custodiuissent illud uerbum Domini. Haec oportuit facere, & illa non omittere. Monasteria enim à pijs Principibus extructa & dotata sunt principaliter propter cultū & laudem Dei, ut in eis seruiatur Deo Ieiunijs obsecrationibus & psalmis alijsque diuini cultus officijs & exercicijs, potius quam propter literarum studia, pro quibus principaliter erecta sunt uniuersitates & Academiae. *Matt. 23.*

Ad reliquas Apologiæ calumnias, & uerbosas solutiones contra obiectas in Confutatione Theologorũ scripturas, nõ uidetur aut necessariũ aut operæpræciũ inutiliter multa hic effũdere uerba, Omnes. n. huiusmodi calũniæ iam supra circa plærosq; articulos confutatæ sunt, In omnibus uero solutionibus refugit ad istã calumniã, quod doceamus, monachatũ seu professionẽ monasticã esse cultũ Dei, quo mereamur iustificationẽ, gratiã & remissionẽ peccatorũ, eãq; æquari baptismo. Hęc autẽ calũnia iã supra est cõfutata, Remissionẽ. n. peccatorũ quęrimus per pœnitentię sacramentũ, non per professionẽ, Quę nõ ad iustificandũ sed ad sancte uiuendũ & ad seruiendũ Deo suscipitur, nõ à iustificandis, sed à iã iustificatis per cõfessionem peccatorum & sacerdotis absolutionem.

Calũnia.

Est igitur eiusmodi professio sanctissimum quoddã sacrificiũ & holocaustũ, quo homo se totũ offert Deo, abnegans semet ipsum et nihil sibi reseruãs, suãq; crucẽ tollẽs, uẽdit aut in eleemosynas dat omnia quę habet, ut expedite ac pure seruiat Deo in sanctitate & iustitia, Merito itaq; tam sanctũ & arduũ uitę institutũ dicitur status perfectionis, quia habet testimoniũ in Euangelio, ubi ait Dominus, si uis esse perfectus, uade & uende omnia &c.

Professio Monastica Holocaustũ est

Matt. 19.

Nusq; autẽ dicit scriptura, q esse agricolam,

Falsa Philippi sententia.

fabrum, sartorem, coniugem aut magistratum aut Principem, sit esse perfectum aut statum perfectionis. Iniquissime igitur præferuntur à Philippo & eius complicibus huiusmodi status sæculares statui Ecclesiastico Monachorum aut sacrarum uirginum. Expresse em̃ dicit Euangelium, Maria optimam partem elegit. Et Paulus. Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit. Et qui nõ iungit, melius facit. Item. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt quomodo placeat Deo. Qui autẽ cũ uxore est, sollicitus est q̃ sunt mũdi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Luc. 10. 1. Cor. 7.

ARTICVLVS XXVIII. De Potestate Ecclesiastica.

IN hoc articulo libentẽ agnoscimus & approbamus, quod sit discrimen inter Ecclesiasticã potestatẽ & potestatẽ gladij sæcularis, & quod utraq; propter mandatũ Dei ueneranda sit religiose, & honore afficienda, tanquã sum- *Verba bona in Confessione.*

 ma Dei

ma Dei beneficia in terris, sicut in Confessione Protestantium habetur. Sed & hoc facile acceptamus, quod in fine illius adiungitur. Nunc non id agit, ut dominatio eripiatur Episcopis, sed hoc unum petit, ut patiantur Euangelium pure doceri, & relaxent paucas quasdam obseruationes, quæ sine peccato seruari nõ possunt. Quis autem hæc tam bona & æqua uerba nõ approbet?

Verba peßima in Apologia.

Contra uero approbare nõ possumus, tam graues et odiosas calũnias, quas effudit in Apologia Philippus in Theologos illos, qui Augustæ ad Confessionem eorũ responderunt. Inter quas sane & istæ cõnumerãtur. Nempe, quod Dignitates & opes suas fortiter tueantur. Interim statũ Ecclesiarũ negligentes, neq; curantes recte doceri Ecclesias, & sacramenta rite tractari. Admittentes præterea ad sacerdotiũ quoslibet sine discrimine, imponentes postea onera intolerabilia, quasi delectentur exitio aliorum, suas traditiones longe accuratius seruari postulantes quã Euangeliũ. Hæc profecto nimis odiosa sunt. Quibus tamen mox adhuc multo acerbiora subiungit, dicens. Tantum conclamant ad arma, præterea in rebus manifestis decreta sanguine scripta proponunt, quæ minantur horrenda supplicia hominibus, nisi manifeste contra mandata Dei faciant.

Quis

Quis autem uir bonus credat hæc uere dici in Theologos illos, qui magna ex parte fratres & Monaſticæ uitę profeſſores fuerunt, omnes certe fuere ſacerdotes, ætate habituq; & uita uenerabiles. De quibus Cæſar ipſe cum alijs Imperij Romani principibus & ſtatibus Catholicis, in publico decreto (quod Receſſum Auguſtenſem uocant) honeſtiſſimum tulit & uirtutis & eruditionis teſtimoniū. Quos hic Philippus ad eundem Cæſarem ſcribens, non uer etur, uelut alter Doeg, tam atrocibus inſectari calumnijs. Quibus & conuicia tandem addit, uelut lixa, uocans eos procaciter Aſinos. *Calumniæ in Theologos.* *1. Re. 21.*

Quamuis autē in Confeſſione ponant Proteſtantes diſcrimen inter Eccleſiaſticā et ſæcularem poteſtatem, & dicant aperte, non eſſe commiſcendas poteſtates Eccleſiaſticam & Ciuilē. Scimus tamen ex facto, rem longe aliter habere apud eos. Vnuſquiſq; enim Principum in terris Proteſtantium arrogat ſibi utramq; poteſtatem, ſimiliter & Magiſtratus in Ciuitatibus, nec uerentur in publicum euulgare ſuas nouas Ordinationes Eccleſiaſticas, paſtores Eccleſiarum inſtituere ac deſtituere pro libitu ſuo. Conſtituere nouas leges Ceremoniarum, ponere ſuperattendentes & Viſitatores. &c. Adeo, ut dubitauerint hoc anno *Aliud dicunt, aliud faciūt Proteſtantes.*

Smalcal-

Smalcaldiæ in congregatione Concionatores eorum, etiamsi Episcopi nostri uellent ipsorum doctrinam approbare, an magnæ Ciuitates & Principes aliqui uellent eis Ecclesiasticam Iurisdictionem restituere, & permittere, ut iterum circum irent ac uisitarent. Quin etiam in libellis suis in lucem iam æditis nō uerentur Principibus et Magistratibus suadere, ut omnem cultum Dei antiquum & ritus ueteres ex Ecclesijs & Monasterijs aboleant, & bona Episcoporum Canonicorum, Abbatum & Monachorum eripiant eis, & transferant ad nouū Euangelium ipsorum.

Tyrannica Vsurpatio potestatis Ecclesiasticæ.

Hæc autem omnia Tyrannica sunt & seditiosa, ac prorsus noua & barbarica inuenta cōtra omne ius tam diuinum quam humanum, à Sathanæ satellitibus excogitata. Certissimum est enim Ecclesiasticam potestatem semper apud Episcopos fuisse à temporibus Apostolorum usq; in hodiernum diem. Quam non solum Canones & Decreta Patrum, sed etiam leges Imperatorum publice attestantur, tum in Codice tum in Autenticis. Quin immo scimus eam & in Euangelio & in Paulo fundatā esse, & ab Apostolorū discipulis, Ignatio & Dionysio firmissime assertam. Nec ullū antea fuisse Christiani nominis Imperatorem. Regē aut Principem usq; adeo Tyrannicum, barbarum & super-

C. de Episcopali audientia per totū. In Aūc. Colla. 9. Constitu. ultima.

& superbum, qui sic commiscuerit utramque potestatem, sibique arrogauerit, repulsa ex Ecclesijs Episcoporum autoritate & Iurisdictione, sicut hodie fit apud Protestantes.

Nec ullus Principum usque adeo hæreticus uspiam aut unquam fuit, qui sic usurpauerit sibi Episcoporum & Ecclesiasticorum Prælatorum potestatem. Certe nec Iulianus Apostata, neque Constantius & Valens Imperatores Arriani. Nec Reges Gothorum in Italia & Hispania, licet & ipsi Arriani essent, tantum potestatis Ecclesiasticæ sibi usurpauerunt.

Quin immo potentissimus Rex Gothorum Theodoricus, licet armis subegisset omnē Italiam, Siciliamque & Dalmatiam, haberetque sub se in plena potestate ipsam Romam, & religione Arrianus esset. Attamē Romanorum Pontificum (qui utique Catholici erant) potestatem nunquā inuasit aut minuere conatus est. Neque etiam Rex Herulorum Odoacer, quem ille deuicit & interemit, id unquam attentauerat, licet XIIII. annis Romam totamque Italiam plene subiectam in manibus suis habuerit. *Modestia Reges Theodorici Arriani.* *In Decretis dist. 96. c. 1. & seq.*

Ex Euangelio itaque scimus. Petro datas claues regni Cœlorum, XI. Apostolis datum spiritum sanctum ad remittenda uel retinēda peccata hominum. Ex actibus Apostolorum autoritatem Petri. Ordinationes Pauli. Qui profecto *Matt. 16* *Ioh. 20.* *Act. 1. 15 & 20.*

fecto Episcopis amplam & multiplicem dat, immo à spiritu sancto datam testatur potestatem. Cum enim festinaret ad Pentecosten uenire Hierosolymam. Mileti constitutus in transitu, uocauit ad se Episcopos ex Epheso, quibus inter alia sic dicit. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Quisquis igitur Episcopis eripit regimen Ecclesiarum, is Paulum conculcat, Christi autoritatem uiolat, & in spiritum sanctum peccat, ipsoque facto blasphemat.

Ecclesiastica igitur potestas solidissime fundata est & in Euãgelio & in Paulo. Ait.n. Dñs in Euangelio. Dic Ecclesiæ, si non audit Ecclesiam, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. Itẽ. Qui uos audit, me audit & qui uos spernit me spernit. Quãuis uero Philippus in Apologia hęc uerba miris ambagibus cõtra Traditiones Ecclesiasticas torquet, dicens nouo quodã iure. Non esse mandatum cum libera, sed cautionem de rato, de speciali mandato, hoc est, (ut ipse suamet somnia interpretatur) testimonium datum Apostolis, ut eis de alieno uerbo, non de proprio credamus &c. Tamen fictam & absurdam hanc expositionem suam nullo scripturæ testimonio probat, & in ipsum iustius

Matt. 18.
Luc. 10.
Falsa glossa Philip.

stius

stius retorqueri potest, ut non de proprio uerbo credamus ei, quia in multis exhibet se satellitem ei, De quo ait in Euangelio Dominus. Non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. *Iohan. 8.*

Nos autem scimus. Apostolis credendum esse etiam de proprio, non tantum de alieno (si tamen uerbum Dei ab eis alienum dici potest) uerbo. Paulus enim manifeste contrarium aseruit, ubi ait ad Corinthios. Nam cæteris dico ego, non Dominus. Item. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quid ergo? Nunquid quæ Paulus dixit, non Dominus, propterea Paulo credere non debemus? Absit. Multa enim saluberrime dixit in Epistolis suis, quæ Dominnm in Euangelio dixisse nusquam reperimus, falsa est igitur hæc glossa Philippi. *Apostolis de proprio quoque uerbo credendum est.* *1. Cor. 7.*

Semper itaq; habuerunt Apostoli, & successores eorum Episcopi, in Ecclesia potestatem dicendi ac statuendi, quæcunque uel ad cultum & honorem laudemque Dei uisa fuerint oportuna, aut ad regimen Ecclesiæ, ut omnia ordinata fiant, necessaria, aut ad salutem animarum proficua & ædificatoria, siue in sacris literis sint scripta siue non scripta. *Potestas Episcoporum in Ecclesiæ Ordinationibus.*

Multa

Act. 15. Multa sane præceperunt & prohibuerunt ac
Galat. 5. ordinauerũt Apostoli,quę Dominus in Euan
1.Cor.14 gelio nusquam præcepit prohibuitue aut or-
dinauit. Verbi gratia. Præceperunt Apostoli
& seniores,Christi fidelibus ex gentibus, ab-
stinere a sanguine & suffocato, prohibuerunt
circuncidi credentes ex gentibus,præceperunt
obseruari dominicam diem pro sabbato, pro-
hibuerunt loqui in Ecclesia mulieres, & id ge-
nus multa alia,quæ Dominum dixisse aut sta-
tuisse nusquam reperimus. Necp tamen debet
propterea sperni,tanquam traditiones huma-
næ, aut tanquam doctrinæ hominum (sicut
falso docuerunt iam ultra XX. annos Prote-
stantium Concionatores) quia tradita sunt
Matt.10. ex instinctu spiritus sancti. Quemadmodum
Act. 15. testatur ipse Dominus in Euangelio dicens.
1.Thes.2 Non enim uos estis qui loquimini,sed spiritus
2.Pet. 1. patris uestri qui loquitur in uobis.Et Aposto-
li in suo Decreto. Visum est spiritui sancto &
nobis.Et Paulus ad Thessalonicenses. Cum
accepistis à nobis uerbum auditus Dei, acce-
pistis illud,non ut uerbum hominum, sed sicut
est uere uerbum Dei. Et Petrus in posteriori
Epistola,sed spiritu sancto inspirati,locuti sunt
sancti Dei homines.

Art. 15. Cum igitur & supra probatum sit à nobis,
& 26. quod parendum sit traditionibus Ecclesiasticis

etiam propter conſcientiam. Et Eccleſiæ Ceremoniæ, licet in ſcripturis nō ſint expreſſę, contemni tn̄ non debeant, tanquam doctrinæ hominum aut traditiones humanæ, quia per talem contemptum fit iniuria ſpiritui ſancto, qui huiuſmodi traditionum præcipuus eſt autor, & grauiter peccatur in tali contemptu. Nos tamen per hæc nolumus approbaſſe quoſlibet abuſus & negligentias Epiſcoporum aliorūq; Prælatorum & Miniſtrorum Eccleſię, qui ſuorum obliti officiorum, ad ſæcularia deſyderia atq; negocia conuertuntur. Commendamus nihilominus piam ſubditorum obedientiam, etiam in ijs quæ minima, & ad ſalutem animæ haud neceſſaria uidentur. Semper enim obedientia habet meritum. Inobedientia uero peccatum. Sicut ait Dominus ad Abraham. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, quia obediſti uoci meæ. Ad Salomonem uero ait. Quia non cuſtodiſti pactum meum, dirumpẽs ſcindam regnum tuum.

Abuſus et negligentiæ Prælatorum.

Gen. 22.

3. Reg. 11

At uocat Philippus Theologos illos aſinos, quia uerbum illud Chriſti, Qui uos audit, me audit, detorſerint (ut ait) ad res nugaciſſimas, diſcrimina ciborum, ueſtitus & ſimilia, quia humanæ traditiones ſint inutiles cultus, & neque peccatum neq; iuſtitia in cibo, potu, ueſtitu & ſimilibus rebus collocanda ſit. Ad hæc dicimus nos.

Obiectio Philip.

Solutio.

mus nos. Etsi in hisce rebus secundum se neque peccatum sit neque iustitia, tamen circa eas obedientia meritum, Inobedientia peccatum parit. Quemadmodum neque in ligno uetito neque in eius pomo secundum se peccatum fuit, sed nihilominus inobedientia Adæ circa rem tam paruam & modicam, maximum & grauissimũ peperit peccatum, quod totã eius posteritatẽ, nos omnes, adhuc hodie luere oportet, Quanto enim res est minor & præceptum obseruatu facilius, tãto maior est cõtumacia, grauiusque delictum transgressoris. Erant præterea & sanguis atque suffocatum res paruæ, In quibus neque iustitia neque peccatum esset, neque à Domino usque prohibita erant, sunt tamen ex causa pro tempore ab Apostolis prohibita, tanque res necessariæ obseruatu. Neque item per se fuit peccatum, tecto uel detecto capite orare. Si tamen in contemptum huius præcepti, quod Paulus posuit, uir tecto, & mulier detecto capite orasset, utique non leuiter eo tempore peccasset.

Gen. 3. *Act. 15.* *1. Cor. 11*

Peccatũ in præuaricatione præceptorum Ecclesiæ.

Non errat igitur Ecclesia, neque errant Episcopi, dum uolunt necessario seruari debere traditiones Ecclesiæ circa ciborum uestiumque & rerum aliarum discrimina iuxta Ecclesiæ consuetudinem, eo quod peccatum sit in earum præuaricatione, maxime si per contemptum præuaricatio fiat, aut proximo scandalũ pariat. Nã, ut

dictum

dictum est simile praeceptum fuit Apostolorū circa suffocatum, & sanguinem, & tamen dixerunt haec necessaria. Necessario enim seruāda est lex matris, ut ait scriptura, Ne dimittas legem matris tuae, & necessario obediendum est Praeposito Ecclesiae, quia inobedientia semper & ubiq; peccatum est, nisi praeceptum aut prohibitio superioris esset contra Deū. Quare falsum est, quod ait Philippus. Non esse peccatum neq; conscientiae grauamen, eiusmodi traditionibus non obedire. *Pro. 1.*

Errant & Protestantes in sua Confessione, ubi dicunt, Autores traditionum facere contra mandatum Dei, cum collocant peccatum in cibis, in diebus & similibus rebus, & onerant Ecclesiam seruitute legis. Deus profecto nusquā prohibuit eiusmodi Ecclesiae traditiones. Imo praecepit obedire Ecclesiae, & audire Apostolos & eorum successores, sciebat enim Apostolos non perpetuo in Ecclesia hac militante permansuros esse. Ideo quod ipsis dixit, omnibus quoq; successoribus eorum dixisse putandus est. Ait enim, Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate. Et ex facto iam pridem comprobauit easdem traditiones, Nisi enim bonae essent, nō tot saeculis eas in Ecclesia sua tollerasset, Iam non minus facta eius q̄ uerba eius attendere ac intueri debemus, ut etiam Lutherus contra *Error Cōfeßiōis circa Traditiones.* *Matt. 18* *Luc. 10.* *Mar. 13.*

Mortalia peccata per contemptū. Anabaptistas affirmat. Non est igitur dubiū, quin grauia & mortalia sint peccata, quæ hodie in omnibus sectis uulgatißima & frequentißima sunt, per contemptum aut crassam negligentiam, aut cum scandalo proximi, non ieiunare in diebus ieiunij Ecclesiastici, laborare quæstus gratia in diebus Dominicis & festis Apostolorum, aliorumq; uniuersaliū festorū, omittere horas Canonicas sacerdotes & Monachos, & consuetas in Ecclesijs Ceremonias in die Palmarum, Parasceues &c. Vesci carnibus in Quadagesima & sextis ferijs &c. quia in ijsce contemnitur mater Ecclesia, spernitur summus Pontifex & Pastor Ecclesię, in eius odium & despectum huiusmodi præuaricatiōes fiunt, non obeditur præpositis & Ordinarijs Episcopis & Prælatis Ecclesiarum, quibus obedire iubet Apostolus, At nolle obedire est quasi peccatum Idololatriæ, ut ait scriptura. Magnus est igitur error, & non leue peccatum, sic auertere populum ab Ecclesiæ traditionbus, quarum autor est ipse spiritus sanctus.

Heb. 13. *1.Re. 15.*

EPILOGVS.

SVspice, precor, Reuerendißime ac Illustrißime Prinreps, Domine Clementißime, serena fronte gratiose hunc meum laborem,

pia intentione à me exantlatum, ad instructio-
nem simpliciorum, qui fallendi artes cum non
didicerint, euitare earum laqueos nesciunt, nisi
præmoneantur. Addidi huic discussioni alios
Tres Tractatulos, qui non nihil habent & ad-
monent Lectorem de quibusdam, sine quorũ
consyderatione, uera aut syncera stabilisq; in fi
de & religione concordia inter dissidentes con
stitui minime potest. Quũ igitur nunc in Con.
uentu Imperiali Spiræ celebrando, Reuerend.
& Illustriss. Celsitudo tua post Cæsaream Re-
giamq; Maiestates meritò primum in publico
consessu locum obtineat, tanquam Germaniæ
Primas & sacri Rom. Imperij per Germaniam
ArchiCancellarius ac Princeps Elector, Tuæ
fuerit Autoritatis & eminentiæ, Ecclesiæ Ca-
tholicæ partes fideliter atq; constanter (ut ha-
ctenus fecisti) asserere ac tueri, ne forte per frau
dulentas aut calumniosas Ecclesiæ inimicorũ
suggestiones Respub. Christiana detrimenti ali
quid patiatur. Scio quidem Ecclesiam à nullis
inferorum portis penitus expugnari posse, Ne
tamen simpliciores per fucos rhetoricos aduer
sariorum uacillare incipiant, operæ precium ui
detur mihi, ex Epiphanio præclaro ueteris re-
ligionis cõtra omnes sectas assertore, ad supra-
dictorum confirmationẽ, in hoc Epilogo uer-
ba quædam adiungere, ut cum eo fiducialiter

 dicamus.

Epiphani us contra hæreses lib.3. Tomo.1. dicamus. Multa iam supra xx. annos mala, & contumelias non uulgares perpessi, Ciuitatem Dei uidentes, ad ipsam festinemus sanctā Hierusalem, & uirginem Christi ac sponsam, seculorumq; fundamentū ac petram, & reuerendam matrem nostram, tempestiuissime & ipsi dicamus adinuicem. Venite ascendamus in mon-

Eph. 2. tem Dn̄i, & in domum dei Iacob, & annunciabit nobis uias suas, & ambulabimus in semitis eius. Quia de Syon exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Agite igitur omnes Christi filij, filij sanctæ Dei Ecclesiæ, quicunq; opusculū hoc placide pcurreritis, Inuocemus uniuersorū dn̄m, et eadē quę ille protulit dicamus.

Can.4. Veni de libano sponsa, qm̄ tota pulchra es, & macula nō est in te, paradisus magni opificis, ciuitas sancti regis, spōsa immaculati Christi, uirgo casta, soli uni uiro in fide desponsa. Illustris & promicans uelut matutinus aer ac aurora, pulchra ut luna, electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata. Propterea iuuenculæ dilexerunt te, quæ stas à dextris Regis, induta fimbrijs, deauratis uariegata, quę nihil tenebrosum habes. Aliquando quidem denigrata, nūc aūt pulchra & dealbata. Quo in te constituti, à negocijs hæreseon, quę nos prçcesserunt, odiosissimis quiescamus, & à tempestuosis earū motibus liberati, In te sancta mater nr̄a ECCLE

SIA.

SIA, & in sancta tua doctrina, & sancta ac sola Dei fide in ueritate refrigeremur Amen.

CORRECTORIVM.

A.4.facie 1. linea 5. genuina. A. 7. fa. 2. linea 1. ęqualia. B. 7. fa. 2. li. 14 dedita, C 3. fa. 1. li. 4. atq; C. 7. fa. 1. li. 1. Apostolis, & li. 2. esse. E. 6. fa. 1. li. 11. momorderit. E. 7. fa. 2. li. 25. nolint. G. 1. fa. 2. li. 15. quomodo. G. 2. fa. 1. li. 14, Lama. G. 6. fa. 2 li. 3 eius. G. 7. fa. 1. li. ult. instantem. H. 3. fa. 1. li. 4 habeantur. H. 4. fa. 2. li. 1. repetito. Eo. li. 6. omnino. K. 3. fa. 2. li. 19. famulata. K. 6. fa. 1. li. 24. abolita. L. 8. fa. 2. li. 22. gratis. M. 1. fa. 2. li. 1. solitaria. M. 6. fa. 2. li. 7. tractus. N. 2. fa. 1. li. 2. oues. Eo. fa. 2. li. 9. Si. N. 5. fa. 2. li. 1. & 2. Duo uersus superflui sunt. Eo. li. 16. obticētes. O. 7. fa. 2. li. 12. modum. P. 6. fa. 2. li. 26. Ciliciam. P. 7. fa. 1. li. 11. ulli. Q. 1. fa. 2. li. 20. Inter. Q. 3. fa. 2. li. 19. dominantium. Q. 4. fa. 1. li. 7. Dele, naturaliter. Q. 5. fa. 2. li. 16. Confessione. Q. 8. fa. 1. li. 18. res. Eo. li. 19. accingeret. R. 2. fa. 2. li. 10. præueniet. R. 3. fa. 2. li. 6. Quomodocunq;. S. 5. fa. 1. li. 5. Christi, sed. S. 6. fa. 1. li. 10. de dominatione. S. 7 fa. 1. li. 11. Qui. T. 8. fa. 1. li. 3. dominum. V. 2. fa. 2. li. 22. sacerdotis. V. 3. fa. 1. li. 6. præsentia. V. 6 fa. 2. li 3. Quinetiã. V. 8. fa. 2. li. penul. non possunt. X. 2. fa. 1. li. 2. qua. X. 5. fa. 1. li. 9. sanitate.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.

Ingolstadij ex Officina Alexandri Weissenhorn.

Smalcaldiæ in congregatione Concionatores eorum, etiamsi Episcopi nostri uellent ipsorum doctrinam approbare, an magnæ Ciuitates & Principes aliqui uellent eis Ecclesiasticam Iurisdictionem restituere, & permittere, ut iterum circum irent ac uisitarent. Quin etiam in libellis suis in lucem iam æditis nō uerentur Principibus et Magistratibus suadere, ut omnem cultum Dei antiquum & ritus ueteres ex Ecclesijs & Monasterijs aboleant, & bona Episcoporum Canonicorum, Abbatum & Monachorum eripiant eis, & transferant ad nouū Euangelium ipsorum.

Tyrannica Vsurpatio potestatis Ecclesiasticæ.

Hæc autem omnia Tyrannica sunt & sediciosa, ac prorsus noua & barbarica inuenta cōtra omne ius tam diuinum quam humanum, à Sathanæ satellitibus excogitata. Certissimum est enim Ecclesiasticam potestatem semper apud Episcopos fuisse à temporibus Apostolorum usq; in hodiernum diem. Quam non solum Canones & Decreta Patrum, sed etiam leges Imperatorum publice attestantur, tum in Codice tum in Autenticis. Quin immo scimus eam & in Euangelio & in Paulo fundatā esse, & ab Apostolorū discipulis, Ignatio & Dionysio firmissime assertam. Nec ullū antea fuisse Christiani nominis Imperatorem. Regē aut Principem usq; adeo Tyrannicum, barbarum & supero

C. de Episcopali audientia per totū. In Aūc. Colla. 9. Constitu. ultima.

& superbum, qui sic commiscuerit utramq; potestatem, sibiq; arrogauerit, repulsa ex Ecclesijs Episcoporum autoritate & Iurisdictione, sicut hodie fit apud Protestantes.

Nec ullus Principum usq; adeo hæreticus uspiam aut unquam fuit, qui sic usurpauerit sibi Episcoporum & Ecclesiasticorum Prælatorum potestatem. Certe nec Iulianus Apostata, neq; Constantius & Valens Imperatores Arriani. Nec Reges Gothorum in Italia & Hispania, licet & ipsi Arriani essent, tantum potestatis Ecclesiasticæ sibi usurpauerunt.

Quin immo potentissimus Rex Gothorum Theodoricus, licet armis subegisset omnē Italiam, Siciliamq; & Dalmatiam, haberetq; sub se in plena potestate ipsam Romam, & religione Arrianus esset. Attamē Romanorum Pontificum (qui utiq; Catholici erant) potestatem nunquā inuasit aut minuere conatus est. Neq; etiam Rex Herulorum Odoacer, quem ille deuicit & interemit, id unquam attentauerat, licet XIIII. annis Romam totamq; Italiam plene subiectam in manibus suis habuerit.

Modestia Reges Theoderici Arriani.

In Decretis dist. 96. c. 1. & seq.

Ex Euangelio itaq; scimus. Petro datas claues regni Cœlorum, XI. Apostolis datum spiritum sanctum ad remittenda uel retinēda peccata hominum. Ex actibus Apostolorum autoritatem Petri, Ordinationes Pauli, Qui profecto

Matt. 16
Ioh. 20.
Act. 1. 14 & 20.

fecto Episcopis amplam & multiplicem dat, immo à spiritu sancto datam testatur potestatem. Cum enim festinaret ad Pentecosten uenire Hierosolymam. Mileti constitutus in transitu, uocauit ad se Episcopos ex Epheso, quibus inter alia sic dicit. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Quisquis igitur Episcopis eripit regimen Ecclesiarum, is Paulum conculcat, Christi autoritatem uiolat, & in spiritum sanctum peccat, ipsoque facto blasphæmat.

Ecclesiastica igitur potestas solidissime fundata est & in Euãgelio & in Paulo. Ait.n. Dñs in Euangelio. Dic Ecclesiæ, si non audit Ecclesiam, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus. Itẽ. Qui uos audit, me audit & qui uos spernit me spernit. Quãuis uero Philippus in Apologia hęc uerba miris ambagibus cõtra Traditiones Ecclesiasticas torquet, dicens nouo quodã iure. Non esse mandatum cum libera, sed cautionem de rato, de speciali mandato, hoc est, (ut ipse suamet somnia interpretatur) testimonium datum Apostolis, ut eis de alieno uerbo, non de proprio credamus &c. Tamen fictam & absurdam hanc expositionem suam nullo scripturæ testimonio probat, & in ipsum iustius

Matt. 18. *Luc. 10.* *Falsa glossa Philip.*

ſtius retorqueri poteſt, ut non de proprio uerbo credamus ei, quia in multis exhibet ſe ſatellitem ei, De quo ait in Euangelio Dominus. Non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. *Iohan. 8.*

Nos autem ſcimus. Apoſtolis credendum eſſe etiam de proprio, non tantum de alieno (ſi tamen uerbum Dei ab eis alienum dici poteſt) uerbo. Paulus enim manifeſte contrarium aſeruit, ubi ait ad Corinthios. Nam cæteris dico ego, non Dominus. Item. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Quid ergo? Nunquid quæ Paulus dixit, non Dominus, propterea Paulo credere non debemus? Abſit. Multa enim ſaluberrime dixit in Epiſtolis ſuis, quæ Dominnm in Euangelio dixiſſe nuſquam reperimus, falſa eſt igitur hæc gloſſa Philippi. *Apoſtolis de proprio quoque uerbo credendum eſt. 1. Cor. 7.*

Semper itaq; habuerunt Apoſtoli, & ſucceſſores eorum Epiſcopi, in Eccleſia poteſtatem dicendi ac ſtatuendi, quæcunque uel ad cultum & honorem laudemque Dei uiſa fuerint oportuna, aut ad regimen Eccleſiæ, ut omnia ordinata fiant, neceſſaria, aut ad ſalutem animarum proficua & ædificatoria, ſiue in ſacris literis ſint ſcripta ſiue non ſcripta. *Poteſtas Epiſcoporum in Eccleſiæ Ordinationibus.*

Multa

Multa sane præceperunt & prohibuerunt ac
Act. 15. ordinauerũt Apostoli, quę Dominus in Euan
Galat. 5. gelio nusquam præcepit prohibuitue aut or-
1. Cor. 14 dinauit. Verbi gratia. Præceperunt Apostoli & seniores, Christi fidelibus ex gentibus, abstinere a sanguine & suffocato, prohibuerunt circuncidi credentes ex gentibus, præceperunt obseruari dominicam diem pro sabbato, prohibuerunt loqui in Ecclesia mulieres, & id genus multa alia, quæ Dominum dixisse aut statuisse nusquam reperimus. Necq; tamen debēt propterea sperni, tanquam traditiones humanæ, aut tanquam doctrinæ hominum (sicut falso docuerunt iam ultra XX. annos Protestantium Concionatores) quia tradita sunt
Matt. 10. ex instinctu spiritus sancti. Quemadmodum
Act. 15. testatur ipse Dominus in Euangelio dicens.
1. Thes. 2 Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus
2. Pet. 1. patris uestri qui loquitur in uobis. Et Apostoli in suo Decreto. Visum est spiritui sancto & nobis. Et Paulus ad Thessalonicenses. Cum accepistis à nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud, non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum Dei. Et Petrus in posteriori Epistola, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

Art. 15. Cum igitur & supra probatum sit à nobis,
& 26. quod parendum sit traditionibus Ecclesiasticis

etiam propter conscientiam. Et Ecclesiæ Ceremoniæ, licet in scripturis nō sint expressę, contemni tn̄ non debeant, tanquam doctrinæ hominum aut traditiones humanæ, quia per talem contemptum fit iniuria spiritui sancto, qui huiusmodi traditionum præcipuus est autor, & grauiter peccatur in tali contemptu. Nos tamen per hæc nolumus approbasse quoslibet abusus & negligentias Episcoporum aliorūq; Prælatorum & Ministrorum Ecclesię, qui suorum obliti officiorum, ad sæcularia desyderia atq; negocia conuertuntur. Commendamus nihilominus piam subditorum obedientiam, etiam in ijs quæ minima, & ad salutem animæ haud necessaria uidentur. Semper enim obedientia habet meritum. Inobedientia uero peccatum. Sicut ait Dominus ad Abraham. In semine tuo benedicentur omnes gentes quia obedisti uoci meæ. Ad Salomonem uero ait. Quia non custodisti pactum meum, dirumpēs scindam regnum tuum.

Abusus et negligentiæ Prælatorum.

Gen. 22.

3. Reg. 11

At uocat Philippus Theologos illos asinos, quia uerbum illud Christi, Qui uos audit, me audit, detorserint (ut ait) ad res nugacissimas, discrimina ciborum, uestitus & similia, quia humanæ traditiones sint inutiles cultus, & neque peccatum neq; iustitia in cibo, potu, uestitu & similibus rebus collocanda sit. Ad hæc dicimus nos.

Obiectio Philip.

Solutio.

mus nos. Etsi in hisce rebus secundum se neq; peccatum sit neq; iustitia, tamen circa eas obedientia meritum, Inobedientia peccatum pa-
Gen. 3. rit. Quemadmodum neq; in ligno uetito neq; in eius pomo secundum se peccatum fuit, sed nihilominus inobedientia Adæ circa rem tam paruam & modicam, maximum & grauissimũ peperit peccatum, quod totã eius posteritatẽ, nos omnes, adhuc hodie luere oportet, Quanto enim res est minor & præceptum obseruatu facilius, tãto maior est cõtumacia, grauiusq; delictum transgressoris. Erant præterea &
Act. 15. sanguis atq; suffocatum res paruæ, In quibus neq; iustitia neq; peccatum esset, neq; à Domino usq; prohibita erant, sunt tamen ex causa pro tempore ab Apostolis prohibita, tanq; res
1. Cor. 11 necessariæ obseruatu. Neq; item per se fuit peccatum, tecto uel detecto capite orare. Si tamen in contemptum huius præcepti, quod Paulus posuit, uir tecto, & mulier detecto capite orasset, utiq; non leuiter eo tempore peccasset.

Peccatũ in præuaricatione præceptorum Ecclesiæ. Non errat igitur Ecclesia, neq; errant Episcopi, dum uolunt necessario seruari debere traditiones Ecclesiæ circa ciborum uestiumq; & rerum aliarum discrimina iuxta Ecclesiæ consuetudinem, eo q; peccatum sit in earum præuaricatione, maxime si per contemptum præuaricatio fiat, aut proximo scandalũ pariat. Nã, ut dictum

dictum est simile præceptum fuit Apostolorũ circa suffocatum, & sanguinem, & tamen di=xerunt hæc necessaria. Necessario enim seruã=da est lex matris, ut ait scriptura, Ne dimittas legem matris tuæ, & necessario obediendum est Præposito Ecclesiæ, quia inobedientia sem=per & ubiq; peccatum est, nisi præceptum aut prohibitio superioris esset contra Deũ. Quare falsum est, quod ait Philippus. Non esse pecca=tum neq; conscientiæ grauamen, eiusmodi tra ditionibus non obedire. Pro. 1.

Errant & Protestantes in sua Confessione, ubi dicunt, Autores traditionum facere contra mandatum Dei, cum collocant peccatum in ci bis, in diebus & similibus rebus, & onerant Ec=clesiam seruitute legis. Deus profecto nusquã prohibuit eiusmodi Ecclesiæ traditiones. Imo præcepit obedire Ecclesiæ, & audire Aposto=los & eorum successores, sciebat enim Aposto los non perpetuo in Ecclesia hac militante per mansuros esse. Ideo quod ipsis dixit, omnibns quoq; successoribus eorum dixisse putandus est. Ait enim, Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate. Et ex facto iam pridem comprobauit easdem traditiones, Nisi enim bonæ essent, nõ tot sæculis eas in Ecclesiã sua tollerasset, Iam non minus facta eius q̃ uerba eius attendere ac intueri debemus, ut etiam Lutherus contra

Error Cõfeßiõis circa Traditiones.

Matt. 18

Luc. 10.

Mar. 13.

Mortalia peccata per contemptũ.

Anabaptistas affirmat. Non est igitur dubiũ, quin grauia & mortalia sint peccata, quæ hodie in omnibus sectis uulgatissima & frequentissima sunt, per contemptum aut crassam negligentiam, aut cum scandalo proximi, non ieiunare in diebus ieiunij Ecclesiastici, laborare quæstus gratia in diebus Dominicis & festis Apostolorum, aliorumq́ uniuersaliũ festorũ, omittere horas Canonicas sacerdotes & Monachos, & consuetas in Ecclesijs Ceremonias in die Palmarum, Parasceues &c. Vesci carnibus in Quadragesima & sextis ferijs &c. quia in ijsce contemnitur mater Ecclesia, spernitur summus Pontifex & Pastor Ecclesię, in eius odium & despectum huiusmodi præuaricatiões fiunt, non obeditur præpositis & Ordinarijs Episcopis & Prælatis Ecclesiarum, quibus obedire iubet Apostolus, At nolle obedire est quasi peccatum Idololatriæ, ut ait scriptura. Magnus est igitur error, & non leue peccatum, sic auertere populum ab Ecclesiæ traditionbus, quarum autor est ipse spiritus sanctus.

Heb. 13.
1. Re. 15.

EPILOGVS.

SVspice, precor, Reuerendissime ac Illustrissime Prinreps, Domine Clementissime, serena fronte gratiose hunc meum laborem.

pia intentione à me exantlatum, ad instructio-
nem simpliciorum, qui fallendi artes cum non
didicerint, euitare earum laqueos nesciunt, nisi
præmoneantur. Addidi huic discussioni alios
Tres Tractatulos, qui non nihil habent & ad-
monent Lectorem de quibusdam, sine quorū
consyderatione, uera aut syncera stabilisq; in fi
de & religione concordia inter dissidentes con
stitui minime potest. Quū igitur nunc in Con.
uentu Imperiali Spiræ celebrando, Reuerend.
& Illustriss. Celsitudo tua post Cæsaream Re-
giamq; Maiestates merito primum in publico
consessu locum obtineat, tanquam Germaniæ
Primas & sacri Rom. Imperij per Germaniam
ArchiCancellarius ac Princeps Elector, Tuæ
fuerit Autoritatis & eminentiæ, Ecclesiæ Ca-
tholicæ partes fideliter atq; constanter (ut ha-
ctenus fecisti) asserere ac tueri, ne forte per frau
dulentas aut calumniosas Ecclesiæ inimicorū
suggestiones Respub. Christiana detrimenti ali
quid patiatur. Scio quidem Ecclesiam à nullis
inferorum portis penitus expugnari posse, Ne
tamen simpliciores per fucos rhetoricos aduer
sariorum uacillare incipiant, operæ precium ui
detur mihi, ex Epiphanio præclaro ueteris re-
ligionis cōtra omnes sectas assertore, ad supra-
dictorum confirmationē, in hoc Epilogo uer-
ba quædam adiungere, ut cum eo fiducialiter

 dicamus.

Epiphanius contra hæreses lib. 3. Tomo. 1.

dicamus. Multa iam supra xx. annos mala, & contumelias non uulgares perpessi, Ciuitatem Dei uidentes, ad ipsam festinemus sanctā Hierusalem, & uirginem Christi ac sponsam, secūrumq; fundamentū ac petram, & reuerendam matrem nostram, tempestiuissime & ipsi dicamus adinuicem. Venite ascendamus in montem Dñi, & in domum dei Iacob, & annunciabit nobis uias suas, & ambulabimus in semitis eius. Quia de Syon exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Agite igitur omnes Christi filij, filij sanctæ Dei Ecclesiæ, quicunq; opū sculū hoc placide pcurreritis, Inuocemus uniuersorū dnm, et eadē quę ille protulit dicamus. Veni de libano sponsa, qm̄ tota pulchra es, & macula nō est in te, paradisus magni opificis, ciuitas sancti regis, spōsa immaculati Christi, uirgo casta, soli uni uiro in fide desponsa. Illustris & promicans uelut matutinus aer ac aurora, pulchra ut luna, electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata. Propterea iuuenculæ dilexerunt te, quæ stas à dextris Regis, induta fimbrijs, deauratis uariegata, quę nihil tenebrosum habes. Aliquando quidem denigrata, nūc aūt pulchra & dealbata. Quo in te constituti, à negocijs hæreseon, quę nos pręcesserunt, odiosissimis quiescamus, & à tempestuosis earū motibus liberati, In te sancta mater nr̄a, E C C L E

Eph. 2.

Can. 4.

SIA.

SIA, & in sancta tua doctrina, & sancta ac so la Dei fide in ueritate refrigeremur Amen.

CORRECTORIVM.

A.4.facie 1. linea 5. genuina. A.7.fa. 2. linea 1. ęqualia. B.7.fa.2.li.14 dedita, C 3.fa.1.li.4.atq; C.7.fa.1.li.1.Apostolis,& li.2.esse.E. 6.fa.1.li. 11.momorderit.E.7.fa.2.li.25.nolint.G.1.fa.2. li.15.quomodo.G.2.fa. 1.li. 14,Lama.G.6.fa.2 li.3 eius.G.7.fa.1.li.ult.instantem.H.3.fa.1.li.4 habeantur.H.4.fa.2.li 1.repetito. Eo.li.6.omnino. K.3.fa.2.li.19.famulata. K.6.fa.1.li.24. abolita.L.8.fa.2.li 22.gratis.M.1.fa.2.li.1.solitaria.M.6.fa.2.li. 7.tractus.N.2.fa.1 li.2.oues. Eo.fa.2.li.9. Si.N.5.fa.2.li.1.& 2. Duo uersus superflui sunt.Eo.li.16.obticētes. O.7.fa.2.li. 12.modum. P.6.fa.2.li.26. Ciliciam.P.7.fa.1. li.11.ulli. Q.1.fa.2,li.20.Inter. Q.3.fa.2.li.19. dominantium.Q.4.fa.1.li.7 Dele, naturaliter. Q.5.fa.2.li. 16.Confessione.Q.8.fa.1.li.18.res. Eo.li.19.accingeret.R.2.fa.2.li. 10. præueniet. R.3.fa.2.li.6. Quomodocunq;. S.5.fa.1.li. 5. Christi,sed. S.6.fa.1. li.10.de dominatione. S.7 fa.1.li.11. Qui.T.8.fa.1.li.3.dominum. V.2.fa. 2.li.22.sacerdotis. V.3.fa.1.li.6.præsentia.V.6 fa.2.li 3. Quinetiā. V.8.fa.2.li.penul. non possunt. X.2.fa.1.li.2.qua. X.5.fa.1.li.9.sanitate.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.

Ingolstadij ex Officina Alexandri Weissenhorn.